



**Io. Francisci Pici Mirandulae domini, concordiaeq[ue] comitis,
Physici libri duo, : I. De appetitu primae materiae ad
Cardinalem S. Mariae in porticu. II. De elementis, ad
Cardinalem Gurcensem ; Et rhetorici duo, de imitatione ad
Petrum Bembum. Petri Bembi Veneti De imitatione liber unus.**

<https://hdl.handle.net/1874/423705>

FRAN

SOLE

IO·FRAN-

CISCI PICI MIRANDV

LAE DOMINI, CON/

cordiaeq; comitis,

PHYSICI LIBRI DVO,

I. De appetitu primæ Materiae
ad cardinalē S. Mariæ in porticu.

II. De elementis,
ad Cardinalem Gurcensem.

ET

RHETORICI DVO, de imitatio
ne ad Petrum Bembum.

PETRIBEM

bi Veneti de imitatione

liber unus.



AMPLISS. PATRI. D. B. S. MARIAE IN POR
TICV CARDINALI, IO. FRANCI-
SCVS PICVS. M. S. P. D.



Terant in fabulis Adonidos horti, & in re-
rum natura est ephemerum animal. Si cu-
pis eorum uel spectare imaginem, en tibi
hunc libellum, dieculæ spatio conceptum
unius, pari temporis interuallo animi gestatum utero,
pari ferè in lucem effusum. An uero diutius illis super-
futurum, alij iudicent. Tu uero si ipsum existimaueris
hortulum, non ea quidem specie, ut admittere possint
fabulæ satum ab ea quæ pulchritudinis antistes habe-
batur, at fortasse solidæ frugi tutamentum præstiterit.
Si abortum censueris potiusquàm legitimum naturæ
partû, at perfectæ soboli uiam fortasse recluserit. Agno-
sces certe uel exiguum mei in te amoris & obseruantia
monumentum. Vale.

LILIVS GREG. GYRALDVS.

Augusti decus unicum Senatus
Ingentis Bibienna qui Leonis
Ingentes pote sustinere curas,
Hoc meus tibi quicquid est libelli
Picus dedicat: unus inter omnes
Ausus qui tribus explicare chartis
Formam materiæ appetentis umbras:
Umbras (Iuppiter) inuias peritis.
Quare habe tibi, quod perenne siet
Perennis monumentum amoris eius.

IOANNIS FRAN

CISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI,

CONCORDIAEQUE COMITIS, DE

APPETITV PRIMAE MA

TERIAE LIBELLVS.

PRAEFATIVNCVLA, QVA DOCETVR

QVID ET QVOMODO AGEN

DVM. CAPVT I.



SCRIBITVR AB Aristotele primo in libro de naturalibus principijs, Latini primum Physicorum communi uoce solent appellare, Materiam appetere formam, sicuti turpe pulchrũ, & femina marem. Super quibus uerbis tanta ut caeteris in locis Peripateticæ philosophiæ inter Aristotelis interpretes uarietas reperitur, ut in ipsa uarietate quaesita ueritas magis latere uideatur, ac tanquàm lubricus piscis piscatorum manus eludere. Quæ quidem res cum digna consyderatione multa, iure meritoq; appareat, tentabo sub examine reuocare uerba Philosophi: uariasq; afferre sententias interpretum: atq; inde an uero consonent perpendere: subinde quoq; quid ipse putem, aperte subiicere. Ipsamq; demum naturæ speculationem
a 2 subsignabo

subsignabo in autoris naturæ contemplationem & cultum debere conuerti.

DE MATERIAE NOMINIBVS VARIIS, ITEM
QVID SIT, ET QVO MODO AGNO-
SCATVR. CAP. II.



VERBA ipsa quæ tractantur quid significent, & quid id sit quod significatur, diligenter inspicienda esse, tum Plato in Phædro & in Conuiuio, tum Cicero postea in primo de officijs libro, tum quicūq; recte docet, monere. Igitur quid materia, quid forma, quid turpe, quid pulchrū, uideamus. nā si de appetitu materiae uerba faciēda sunt, cum appetitus sit accidens & affectio ipsius materiae, uidetur utiq; ut is appetitus cognosci minime possit eo ignorato cui accidit ipse, & cuius est & habetur affectio. Materia itaq; quo ad propositum pertinet opusculum, dici solet proprie, & ex metaphora, hoc autē diuisionis membrū à præsentī speculatione seiungemus. illud relinquetur bifariam distinctum in primam & secundam. & hac etiam dimissa, prima sumetur nobis, de cuius appetitu differamus. Prima ergo materia ab Aristotele dicitur subiectum uniuscuiusq; primum ex quo quidpiam fiat minime ex accidenti: uel si corrumpitur quidpiam in quod tanq; ultimum resoluatur, ex quo fiunt quæcunq; fiunt, & in quod ea ipsa corrupuntur.

Differt

Differt autem à materia subiectum, uti uoluit Themist. Themist.
 stius in ea quam de natura materiae digressionem primo
 Physicorum libro conferuit. Sanè Aristoteles ὑποκειμένη
 ρορ, hoc est subiectum materiam uocat. quod si consy-
 deretur in sese, tum materiae nomen illi uerius cōgruat,
 si uero sub forma, subiecti rectius appellatio cōtingat,
 tamen si nomen utrūq; ex ijs habeatur quae referuntur
 ad alterum. Voluit item eam in se rem esse quādam, &
 actu existere, deinde intelligi aliorum esse: & primum
 hanc posteriorem consyderationem rationem poten-
 tia, contrahere. Sed enim unita quidē formae ipsa sem-
 per est: sed consyderari absq; illa potest ex ipsa uideli-
 cet ad formam habitudine, unde analogia decreuit
 ipsam cognosci philosophus Aristoteles, Plato uero no Aristoteles
 tha (sic enim aiūt) ratione, utpote quae legitime nullā sui Plato
 cognitionem daret ex sese, sed ex formae complexu di-
 gnosceretur, qui quod complexus uariis esset & multi-
 plex, subindēq; iugiter mutaretur (quapropter Auer- Auerrois
 rhois censuit, eam ex transmutatione ita esse cognitā,
 sicuti ex operatione forma deprehensa est) non defue-
 re tamen & ex Platonis & ex Aristotelis sectatoribus,
 qui aliter analogiam proportionemue, & notham ra-
 tionem intelligerent. nāq; ex negatione & abdicatione
 formarum omnium uoluerunt animo quoquo modo Exposito-
 res
 uacillante comprehendi: quando ea tantum legitima, "
 nec proportioe, aut relatione ulla nixa cogitatio sit, qua "
 a ; aliqua

aliqua rei forma habitūq; paratur. Videnturq; in Platō
tonico ei dogmati nixi, quod eo in Dialogo proditur,
qui Parmenides inscribitur, cum docet negationes in
materia priuationē significare, in deo uero rerū omniū
causam. Idem Plato $\chi\omega\sigma\alpha\mu$, id est locum uidelicet am-
plū, eam quādōq; uocauit, Eandēq; matrē prius à Pla-
tone quā ab Aristotele nuncupatam cum alijs tū Sim-
plicius prodit: idq; propterea, quoniam suscipiat eam
quæ in ipsa fit formam ex parente rerum uniuersarum,
aliasq; itidem matris atq; etiam nutricis, quo nomine
usum quoq; Platonem asseuerat, conditiones exponit,
sefe nāq; sub uarijs formis spectandam præbens ipsa
materia, sui noticiam ex sese non ingerit contemplanti-
bus, sed ipsa ex uariatione subministrat, nec admodū le-
gitime, quoniam omnes formas amouere & abdicare
oportet.

QVID SIT FORMA, ET QUAM MVLTAE
EIVS APPELLATIONES. ITEM QUID
TVRPE, QUID PVLCHRVM, QUID
APPETERE. CAP. III



ORMA uero, siue species, nam Forma ab af-
formando secernendōq; & interstinguen-
do, quanquam à $\mu\omega\sigma\phi\eta$ Græco nomine
per metathesim deriuauerē nonnulli: Spe-
cies autem à spectando uidetur deducta: sed iure hoc
siue illud maius, ab efficiēdo operādōq; noticiā sui lon-
ge lateq;

ge lateq; diffudit. eadē Ratio nūcupata est, quod ex ea ut proditur à quibusdam, uera sumitur definitio. Rei etiam imago dicta est & Exemplar, & Græco uocabulo Idea: id autem est dicere species, sicut μορφῆ forma. ut mirer Albertum nomen Ideæ tantum ad primum exē Albertus
 plar, ut in eo ipsa consyderatur, cum hac de re ageret retulisse: Paradigma uero ut est ratio formæ: imaginis autem ut iam est in materia, & illam ipsam imitatur. At species formæq; naturalis, de qua nobis est sermo, sua pte natura sese diffundit: spiritaliterq; humanis obtutibus excipitur: quibus & ipsa sensilis rerum moles & distincta, & uarie distincta, & effigiata percipitur. deinde ipsa quæ tam uarie spectatur distincta & affirmata, in semet conuerti, agere patiq; cernitur: & modo in unum cogi, modo dirimi atq; dispesci: ita ut rerum species nō iam ab ipso subiecto, sed à forma nomen sortiatur. Pul Pulchrū
 chri uero nomen tametsi rebus etiam compositis simplicibusq; tribui quandóq; solet: nihilominus apud celebres autores, tam Platonicos q̄ Peripateticos, non nisi compositis rebus exacte tribuitur. consistit enim in eximia quadam & eleganti diuersarum partium compositione: ex quibus ipsa pulchritudo conflatur, indeq; diffultat. Turpe uero ex pulchritudinis absentia cognoscitur. est enim eius carentia atq; priuatio. illa perfectum opus suo in genere, hoc imperfectū & manū, ut hinc satis apparere incipiat, cum dicitur ab Aristotele
 ita ap-

Appetere

ita appetere materia formam: ut turpe pulchrum, & foemina marem: non ita accipiendum, ut uno in genere sit facta collatio, sed in longe diuersis. appetere enim idem est, quod desyderare, quod amare: quanquam hoc non ita exacte congruat rebus inanimis. Turpe quo ipsum in sese dum accipitur, id pulchrum esse nunquam potest: foemina uero suo in genere potest esse pulcherrima. sed aliter intellexit Aristoteles. qua de re libelli progressu differemus, ubi quid alij prius de hoc toto negotio senserint subsignauerimus.

EXPOSITIO THEMISTII ET SIMPLICII
DE APPETITV MATERIAE. CAP. IIII



THEMISTIVS Aristotelis Paraphrastes appetitus mentionem indicat factam, ut ratio redderet appetitiam perpetuam: sed cur (inquit interprete Hermolao) suscipit uicibus formas: appetens diuinitatis est, & discupiens boni, uoco autem diuinum & bonum primam formam: & primam causam quo referuntur, collimantque omnia: & cui quaeque res tendit fieri quam simillima quantum potest: potest autem quantum natura conceditur. ipse uero appetitus quid sit, & in quo sit, ipsum si interrogas, ipsi respondurus est uerbis: profecto inquit, uerissimum puto quod dicitur providentiam fuisse: quae & turpi desyderium honestatis, & egenti opulentiae quantum sit satis iniecerit. Subdit primam illi formam & ab omni abiunctam materia: ipsaque praeterea

præterea formis, quæ pfectæ sunt ab illa, & in materia constitutæ, priuationem contrariam esse & aduersam: Materiam uero referri, & quasi idētidem ad formā respectare, cuius sit appetētissima: mox colligit in materia non esse priuationem, quia formam & ipsa simul appetet, simulq; labem etiam & corruptionem appeteret suam. Simplicius uero differentiam inter materiam & priuationem eis uerbis factam putat. sed & habitudinē quoq; amborum ad formam subindicari censet. Refertā Latine si potero, quæ hac de re Græce ab eo sunt scripta. Discrimen materiæ priuationisq; tradit: & eam pariter quæ amborum est, ad formam habitudinē refert. diuinum enim quiddam & bonum & desyderabile est forma: & hanc appetit materia ex propria natura, contraria autem est priuatio, quæ nō desyderat suimet corruptionem. siquidem diuinum illud bonum & desyderabile, primam appellat formam, separatam, uidelicet eam quam & intellectam & primam causam re uera nuncupat, ab omnibus quæ natura constituta sunt, ab ipso ortu desyderatam: utpote quorū diuina sit causa: atq; ea ita sunt disposita uti unumquodq; eorum qua pollet uirtute, illius similitudinis desyderio teneatur. ea uero similitudo ipsorum propria perfectio est. perfectio autem compositis est, is qui secūdam formā status habet. materiæ uero pfectio formæ participatio. hæc Simplicius. De appetitu uero, quē *ἔφροσι* tam ipse

Simplicij
exp.

b quā

quàm Aristoteles uocat, Latini uertūt desyderium, uerba faciens, eum non secus debere tribui docet inanīmis naturalibus, ac animatis ὁρεξιμ. hūc appetitū Latine uocant. unde inter appetitum & desyderium ita diremit: uti hunc animatis, illud autem inanīmis rebus congruere docuerit.

ARGVMENTA AVICENNAE CONTRA ARISTOTELEM DE APPETITV MATERIAE:

ITEM EX PRIMO AVERROIS

ET ALBERTI. CAP. V



NON placuit Auicennæ Platonē q̄ Aristotelem libentius secuto, hūc esse in materia appetitū, trifariamq; argumētatur in Aristotelem, quādo nec animalis is queat esse nec naturalis appetitus: unde nullo pacto materiae inesse cēset. Facile dabūt omnes concedentēq; primam sumpti partem, secūdam uero ipse reuincere conatur: deindeq; patefacere in cōnexo esse ueritatem. Primo quia & forma & inclinante uirtute, materia ipsa suapte natura destituitur: neq; de ea instar grauiū & leuium decerni potest: quæ suis formis, uel tolli in altum appetunt, uel ad ima delabi. Secundo si formam appeteret materia, uel ex eo is dimanaret appetitus, quia careret omni forma: uel inde proueniret, quod multas una formas concupisceret, uel fastidio prioris formæ spectaret eò ut aliā sub indueret. Tertio metaphoram non admittit, quam de decere

decere philosophum existimat, ut qui poetarum more scēminā maris desyderio teneri tam graui tanquā serio de rebus naturæ conscripto uolumine prodiderit. hæc ex Auicenna. Auerrois autem Aristotelis opinionem hunc exponit in modum: ut is sit appetitus acquirendæ formæ, cui utpote rei perfectæ atq; diuinæ quoad potest similis euadere cupit. demumq; Aristotelem appetitus nomine putat significasse id, quod ei inest motionis ad formam suscipiendam. ibiq; dirimit appetitum: in naturalem uidelicet eum, qui sit sine sensu, qualem plantis natura præbuit ad se nutriendas: & in sensilem, quo pollent animalia. prioremq; illum tribuit materiæ ad omnes formas uicissitudine uaria suscipiendas. Idc; uoluit prodire ratione priuationis, quæ ipsi materiæ connexa commixtâq; sit. Cur autem appetitum hunc introduxit: ut ea scilicet dignitate qua polleret materia, non ornari priuationem significaret: & ostenderet pariter priuationē ipsam cū materia iungi. Nec longe discessit Albertus cognomine Magnus: appetitus mentionem factam indicans ob discrimen priuationis atq; materiæ: eumq; eius gratia innatum putat ipsi materiæ, non ut conferuetur, sed potius ut transfretetur in id quod appetit. ibidem quoq; post nonnulla quæ aduersus Platonem dicta fuisse autumat, subiicit appetitum ex incompleta similitudine prodire: quæ compleri procuratur facta in id ipsum quod

b 2 appetitur

Duplex
priuatio

Io. Pic.
Duplex
appetitus,
intellecti-
uus & na-
turalis.

appetitur transmutatione. quo fit ut talis insit materiae appetitus ob mixtionem priuationis: cum formae habeat inchoationem, ad quam desyderat transmutari. sed ne officeret sibi, regereret quod exploferat: priuationem uidelicet non posse habere formae cupidinem, ut pote rei pernitiosa: id autem ex eo sequi si materia priuationis ratione id efficeret: duplicem propterea priuationem inuexit, alteram quae sit aduersa formae: alteram quae sit aptitudo suscipiendae formae in subiecto relicta: cui motus initium, quo ad ipsam attinet materiae, fertur acceptum, atque id causa sit appetitus & desyderij, quam uisus est quoquo modo probasse opinionem Io. Pici patruus in Heptaplo. Mox digrediens Albertus, plurimamque commiscens, duplicis meminit appetitus, intellectilis & naturalis. atque hunc bifariam docet posse capi, uti uidelicet intelligatur inesse materiae: Vel tamquam subiectae rei: quo pacto negat eam appetitu pollere: Vel tamquam motae rei a motore scilicet: qui appetitum habet, a quo procedens motus habet etiam ut sit actus rei mobilis: atque hunc in modum materiae docet inesse appetitum praerordinato fine, in quem directe mouetur, quo modo sit dictum ab Aristotele opus naturae, opus esse intelligentiae. duplicis postea meminit desyderij, perennitatis uidelicet, id est rei perfectae uoluit aptari: & transmutationis, quod rei docet imperfectae congruere.

Expositio



ANCTVS Thomas ex aduerso Auerrois uidetur exponere: & argumentis Auicēnae respondet. existimat autem Aristotelē uti priuationem à materia distingui monstraret, appetitus mentionem fecisse. Ideoq; primo probatum ab eo putat & affirmando & ostendendo materiā esse tanq; matrem, quae unā cum forma sit rerum causa naturalium, Priuationem uero non constituere & generare: sed detrahere & corrūpere id quod forma paratur: forma in quā quae tanq; diuinum quiddam & optimum habita sit. Deinde id ipsum probari existimat ex absurdo, quod sequeretur ni ita decretū foret. unde appetitus materiae ductus est in medium, quo pollere nō potest priuatio. quo fit ut ni distinguatur à materia, & ipsa quoq; appetat, & sui etiam ipsius inde appetat corruptionem. nihil autem est aliud eo decernente appetitus materiae, sicuti nec omnis alius qui nō prodeat à cognitione appetitus, q; naturalis quorundam ordinatio secundum propriam naturam in finem suum. atq; ita dissoluere conatur argumēta Auicēnae. neq; enim actū duntaxat ordinari putat in finem: sed potentiam, qualis materia: quae tametsi formetur, nihilominus uti alias formas suscipiat potestatem non admittit. nec id euenire ex fastidio, aut cupidine consequendi simul cōtraria:

sed ipsa potentiæ cōditione: quia fertur in alias formas dum una tantummodo potiatur. nec etiam figurata inquit Aristotelē locutione uti, sed exēplo: quoniā supradixerat materiam proportionē cognosci, cum sese habeat ad formas, quæ substantiam pariunt, perinde ac sensilis ipsa materia ad formas accidentarias. quāquā subdit, aduersus Platonē metaphoris à Platone ipso sumptis Aristotelem disseruisse.

EXPOSITIONES SVpra NARRATAE PARTIM CONFVTANTVR, PARTIM EXPONVNTVR. VBI DOGMA ARISTOTELE VM INCIPIT APERIRI. CAP. VII



ERVM enimvero nō satis omnino pcepisse Aristotelis mentē uidentur citati interpretes. utitur enim Aristoteles ipso nomine ἐψείσιος, nam hoc nomen tribuit inanimatoribus rebus Simplicius, ὄρεξιμ uero nō rebus inanimatoribus, sed pollutibus anima. utitur inquā nomine ἐψείσιος, quem siue appetitum, siue desyderiū nuncupes, ut eo intermedio monstret, tria esse rerum naturalium principia, qualia ipse statuenda prapofuit, materiam, formam, priuationem, non qualia philosophi priores inuexerāt. eaq; omni no inter se distingui docet intermedio etiā appetitu: qui cum materiæ congruat, formæ non congruet, dedit intelligi materiam à forma dispeisci. id ipsum de priuatione parauit. & quanquam antea dixerat hac de re
nonnihil

nonnihil, ut satis constat: ut etiam paulo post explicabimus: hoc tamen loco id ipsum repetit tantisper dum inter ipsa tria principia discrimen statuatur. Alia etiam utitur ratione, non quae scilicet iam sumatur ex natura materiae & consideratione priuationis, ut ante fecerat: sed quae de conditione profuat appetentis desiderantisue naturae. eorum autem expositorum, quos supra citauimus, nullus hoc explicuit. innuit Simplicius cum utriusque materiae uidelicet atque priuationis habitudinem ad formam citauit. Itaque Aristoteles priuationem non esse idem quod materia decreuit: quoniam appetitus illi ad formam habendam non congrueret: utpote ad id quo destrueretur. nihil enim est auidum proprii interitus, si illa scilicet sit auiditas iniusta natura. Duo itaque principia cum statuisset: alterum uti matrem, materiam uidelicet, capedinem & tanquam receptaculum formae: itemque priuationem, quae formae uidelicet aduersaretur: satisque esse docuisset haec tria ad omnes res constituendas: distingui mox illa inter sese docuit ipso appetitu: qui materiae quod intimus innoxiusque esset ob perfectionem naturaliter quaesitam sui: & a duobus illis, hoc est forma, atque priuatione diuersus & esset & iure meritoque haberet. quando alterum semet non appeteret, alterum suimet corruptionem appetere nequiret. Itaque non ideo hunc introduxit appetitum Aristoteles, uel uti doceret priuationem dignitate non pollere in rerum generatione: uel uti subsignaret priuationem con
iungi

iungi cum materia, eos uidelicet reprehensurus qui id
 negarent: quasi eos hoc circumstaret incommodum, quia
 concedere nequirent hoc desiderium esse naturale. Nam
 Auicenna tantum aberat, ut hoc putaret absurdum in
 philosophia: ut tribus rationibus ipsum tollere appeti-
 tum, & à materia dispellere tentauerit. Cuius rei mirum
 est Auerroem hoc ipso in loco, id est particula octogesi
 maprima fuisse oblitum: cum tamen D. Thomas &
 eius opinionem citauerit, & rationes dissoluere procura-
 rit. Errare Auerrois præterea uidetur, cum non intellexit
 comparationem Aristotelis de turpi & pulchro, & fœ-
 mina & mare: quæ primori fronte satis fecisse illi non sa-
 tis uisa, mox libenter admissa est: quando sermo fieret
 de re sensibili, quam docuit præter compositionem non in-
 telligi. Melius certe sanctus Thomas, cui placuit factam
 appetitus materiae mentionem: ut inde monstraretur
 id non esse priuatio quod materia. quando hæc appe-
 teret formam, quam illa neutiquam posset appetere, nisi
 simul proprium interitum, propriam abolitionem expe-
 teret. quod & antea Simplicius existimauerat. At optas-
 sem, uel inde etiam formæ & materiae distinctionem sub
 indicatam, saltem eam quam ipsemet Aristoteles uel ex-
 plicat, uel dubio procul innuit, quod uel de longinquo
 ut uidetur, Simplicius animaduertit. supra etenim do-
 cuerat Aristoteles materiam à priuatione differre, per
 illa uerba, ἡμᾶς μὲν γὰρ ὕλην καὶ σέξησις ἕτερον εἶναι φασί.

τὸ μὲν

Declarat
 sanctus Tho-
 mas & Sim-
 plicius.

τὸ μὲρ οὐκ ὄν εἶναι καὶ σὺμβεβηκὸς τῆρ ὕληρ, τῆρ δὲ εἴρησιρ κατ' αὐτηρ, hoc est, Nos quidem igitur materiã & priuationẽ aliud esse dicimus, hoc quidem non ens, secundum acci dens materiam, priuationem autem secundum se ipsam. Hoc autem totum quid aliud: quàm alterum esse non ens, hoc est priuationẽ, Alterum ens, id est materiam: sed ens ex accidenti, formæ scilicet cõplexu, per seipsam uero non ens. Mox & subiecit materiam quidẽ ipsam substãtiam siue essentiam (nam apud eum iacet οὐσίαμ) esse, non simpliciter, sed ἔγγυε, hoc est iuxta uel propè, & πῶε, hoc est quodãmodo, τῆρ δὲ εἴρησιρ οὐδαμῶε, hoc est, priuationem uero nequaquã. Satis itaq; dederat Ari stoteles intelligi materiam à priuatione differre, & quia illa non ens esset, secundum accidens, & prope substan tiam, quodamq; modo substantia: Priuatio uero secun dum seipsum non esset, & nullo modo substantia. ac fa nè id uidentur simul omnes committere, quod locum ipsum non accipiunt, ut in eo fiat inter ipsa principia di scrimen: sed in materiam duntaxat atq; priuationẽ. De inde non satis uidentur explicare, ubi nam sit ille appe titus. Apparet autem ipsi materiæ illũ non inesse, si Al bertum sequi uolumus: sed in eo situm esse unde mo tus fiat initium in ipsa materia: si etiã sequi uolumus Auerroem, ubi illa prodit uerba: & si non esset aliquod non habens formam, non esset aliquod appetens for mam: post formam, quo autem pacto proprium di-

ceretur appetitus materiæ: num pari pacto appeteret forma & priuatio: quandoquidem ab eo qui motum parat, ita forma iungitur materiæ, & materia formæ: sicuti priuatio subministrat contrarietatem, atq; ipsi rem generati famulatur. S. Thomas id ipsum uidetur uelle: sed naturalis nihilominus appetitus exactiore aliquanto mentionem dum facit, materiæ illum potius uidetur iungere.

AVTORIS RATIONES QVIBVS OPINIO
AVICENNAE POSSIT CORRO-
BORARI. CAP. VIII

SED enim præter Auicennæ rationes, quas tueri posset, qui sequi uellet Alberti opinionem, à materia quæ subiectum est appetitum abdicantis: & Auerrois etiam sensum, qui materiæ formatae id uidetur dare: possent multa adduci, ut monstraretur ipsi materiæ in sese non esse appetitum. Neque enim aliò tendunt magni illius philosophi argumenta, quam ut monstret ipsi materiæ tribui appetitum non posse, ut in sese ut priuata forma consideratur. Adijciam quæpiam ut id corroborem. Appetere partes sunt actus secundi: secundus autem actus primum supponit, & in eo tanquam fundatur & stabilitur. materia uero actus primus non est, sed pura potentia ad actum facta & parata: quando omnis actus à forma, sicuti & omnis operatio. Nec illa actus distinctio, Ioannis Scoti subtilitate excogitata

excogitata: ni forte illam prius Themistius aduertit in digressionem materiae, refragaretur. Imaginaretur enim actum quē uocāt entitatum, liceat mihi per uindices Romanae linguae Parisiensi uti uerbo. illum inquā imaginatur actū, quo fieri posset ut sine forma quiret materia permanere. quod Themistius neutiq; admitteret. Illum enim actum eundem non facit cum eo qui actus primus ab Aristotele nuncupatur: quiq; aliud non est quam forma, siue de forma prodiens: quo pacto dicitur anima esse actus corporis: à quo uidelicet actu reliquae functiones, hoc est, intelligere, uelle, desyderare, & ceterae id genus, qui secundi actus nuncupantur, exsurgunt. Dicitur fortassis, ex ipso quod est appetere, cū de materia id praedicat, nihil aliud dari intelligi, quam inclinationem quampiam & habitudinem ad formā. esto, sed de illa quoq; habitudine & inclinatione quaestio fiet. ea enim cum relatio sit, certe accidens est: ut inde actus aliquis existimetur esse. actus autem accidentis per se existere nequit: quoniam omne accidens corporeum formae aduenit, & eam comitatur uelut umbra corpus. & quanquam inter accidentia sunt quae formā propius, sunt quae materiam proximius consequi dicantur: nullū tamen est eorum quod non compositae adueniat rei: quodque aut cerni, aut uere possit intelligi: priusquam unum quiddam ex forma, atq; materia coaluerit.

AVTORIS OPINIO, ET EXPOSITIO
ARISTOTELIS VERBORVM. CAP. IX

VPRA docuimus non recte satis expositū
super hoc loco philosophum Aristotelem.
Colligiq; inde posset, quæ hac ipsa de re,
nostra ferat opinio, uoluisse uidelicet Ari-
stotelem tria illa rerum naturalium principia constitue-
re, quæ inter sese suapte illorū natura dissiderent, quo-
niam uni appetitus inesset, qui non esset in cæteris: quæ
ab alterutris etiam quæ contraria, atq; pugnancia diri-
merentur: subindèq; ipsum appetitū non satis consone
ab omnibus admissum, nec exacte fortassis intellectū
atq; perpensum: sed latius aliquāto explicanda res est,
& præstandum quod polliciti sumus. Ita q; quod appe-
tit formam, id aut ipsa forma est, aut priuatio, aut mate-
ria: In principijs etenim naturalibus, atq; , ut ita dixe-
rim, in ipso primo naturæ sinu, cum nihil aliud sit præ-
ter hæc tria, nihil etiam est aliud quod appetat. An for-
te appetit formam: neutiq;. quando seipsum nihil appe-
tit: id enim appetitur quod non habetur. Adde quod
naturalis forma per sese non existit: sicuti nec existit si-
ne forma materia. concurrunt enim, concidunt, conue-
niunt ambo in rei sensilis compositione atq; confatu-
quicquid enim in sublunari hac machina spectari, cer-
ni, tangi potest, ex illis duobus cōflatur & coalescit, Pri-
uatio quo minus appetere potest, ipsa enim nō est quic-
quam, nisi

quàm, nisi negatio in subiecto ad formã apto: hoc autem est priuatio formæ: quod autem ipsum nõ est, nec appetere utiq; potest. Ad hæc nihil appetit quod consequi id quod appetit quoquomodo nõ possit: frustra enim appeteret. Naturalis autem rei desyderiũ frustra esse qui diceret, & toti philosophiæ & ipsi Aristoteli maxime aduersaretur, qui & in secũdo Physicorũ & in Politicis & in Metaphysicis & alibi naturam quicq; agere frustra non admittit. Quare si priuatio appeteret, appeteret id quod habere unq; nequiret: atq; idcirco frustra & incassum talem appetitum natura parauisset. Relinquitur igitur ut materia appetat, quod Aristoteles affirmat, sed hoc etiam nonnulla circũstant incommoda: quæ supra duximus in controuersiam, cum & argumenta Auicennæ tractarem, & opinionem Alberti & Auerrois non dissentientem, & nostras etiam ad id rationes explicarem. Quapropter mihi uidetur materiam nõ quã materia, sed quã subiectum appetere, subiectũ inquam hoc est materia formata. Clarius loquar: materia sub forma. uoluit enim Boethus ille inter Græcos Boethius Peripateticos & uetustus & celebris: materiam qualitibus informatam, materiam amplius non remanere, hæc itaq; materia sub forma: nam suapte natura primo, siue formam, siue dimensionem, adeo ipsa uidetur appetere, quia prior quodam ordine spectatur quàm forma: adeo non appetere, quia nunquam illa caruit: ut

hinc uerum eum appetitum esse negare quispiam posset. Sub forma inquam aliam formam appetit: qua ob-
 tenta, aliam subindéq; aliam: adeo ut suapte inclina-
 tione infinitas ascisceret successione perpetua: nec hanc
 solum, nec illam signanter: uerum formam ipsam abso-
 lute quod & in communi, sed in particulari eam cui est
 magis proxima facta: uel ex ipsa formæ quam possidet
 cognatione: quæ suoapte ingenio magis illi propinqua
 habetur & sit: quo pacto dicitur ab Aristotele in ijs
 quæ habent symbolum, faciliorem transitum fieri: uel
 etiam actione agentis extrinsecus causæ eò inclinata,
 atq; disposita. ignis enim & aquæ multa est discordia,
 actione tamen continua ipsius ignis in aquam, ex ipsa
 aqua fit ignis. at aer ex aqua ob naturæ minorem in-
 qualitatibus repugnationem facilius prodiret. hinc nō
 frustra uidentur à quibusdam duo in materia appe-
 titus excogitati: quorum alter sit proximæ formæ cu-
 pido quædam: alter formam spectet in communi ge-
 neratimque & absolute: quod uisus est uelle, uel de lon-
 ginq; Albertus. atque huic appetitui ferri potest ac-
 cepta generatio continua, Illi uero uaria formarum ui-
 cissitudo. Materia itaq; formata quidem, sed sub ipsius
 tamen materiæ ratione, formam appetit, & particu-
 larem, & in cōmuni. siquidem illa nuncq; forma caruit:
 quare non potuit omni forma nudata formam appe-
 tere: nec ex sese appetitum habere potest: cum actus
 non sit

Duo appe-
 titus in ma-
 teria natu-
 rales.

non sit, in quo fundari conuenit appetitum. Inest tamē ei quāquam sub forma formæ appetitus non eius quā habet, sed alterius, ijs quos exposuimus modis. Atque hinc similitudines illæ q̄ rectæ sint ab Aristotele excogitatae, iā iā erit in promptu. id quod turpe est, aliquid est: quoniā ita turpitude in partiū cōflatu dissono cōstitit, ut pulchritudo in eleganti & consono. Quod ergo turpe est, appetit ut sit pulchrum: hoc est, cupit quod imperfectum est, perfici. quā turpe, id est sub ratione turpitudinis non appetit. turpitude enim est ipsa negatio in subiecto: ipsa priuatio pulchritudinis, ipsa deformitas, quæ non perficitur ipsa, sed abiicitur aduentante pulchritudine. Quare appetit id quod est turpe, abiecta turpitudine ac deformitate formosam induere speciem & pulchram: quod nihil est aliud quā turpi explosa forma, pulchra forma uestiri. utimur metaphoris: quoniam cum desunt propria nomina, translatis utendum est, quæ & interdum ex usu communi loquendi rem ipsam exprimunt significantius, & tanquā sub oculos ponunt. Itaq; quod turpe est, hoc est subiectum quod afficitur turpitudine, pulchritudinem appetit. sic & foemina uirum esse suo pte ingenio cuperet: non quod turpis in sese foemineus sexus, sed quia uirili imperfectior. quia igitur subiectū imperfecto sexu affectum est, affici perfecto cuperet. quibus omnibus conficitur materiam formæ desyderio teneri, quoniā

quoniã perfectam numeris omnibus formam & omni
no pulchram non possidet: nec ullam talem in hac sub
lunari machina est reperire. hinc uariando formæ inna
tus appetitus: ut materia formam tandem in communi
perfectamq; induat: quæ quia non inuenitur, alias atq;
alias quærit congenito desyderio semper auida. & quã
quam illi id ipsum ab eius autore sit inditum, in ea ta
mẽ est, id est inclinatio ei inest ad formas à primo ortu
naturæ congenita.

CONVERTITVR DISPVTATIO AD DI
VINAM CONTEMPLATIONEM ET
AMOREM. CAP. X ET VLT.

» **S**ED quoniam parum uel nihil potius est
» actũ, nisi nobis ipsis philosophemur. alio
» qui male nos philosophari compertum est
» consensu omnium qui præclare in literis au
» diuerunt. Ideo ad institutionẽ uitæ & emendationem
» morum totam disputationem conuertamus: ut deum
» ipsum, qui est finis ueræ philosophiæ, intellectu quoad
» fieri potest cognitum, & amemus, & ipso beemur. Ita
» Pythagorici ueteres: ita Platonici quoquo modo: No
» stri uero qui uere sapiunt, uel identidẽ uel omnino sem
» per. Possumus ex appetitu formæ in cõmuni compre
» hendere eam pro modulo suo, infimãq; rerum sorte: si
» tamen res dici exacte potest: deũ quærere. Deus enim
» quanquam

quanquàm forma proprie & omnino exacte dici ne-
 quit, quàm formæ nomen materiam respicit: nec item a-
 ctus, quàm id uocabuli potentiam innuit: minus tamen
 improprie ita uocaretur, quàm uocabulo signaretur ma-
 teriæ omnium productorum rerū despiciatissimæ. itaq;
 deum pro suo modulo quærit materia: unde & diuinū
 quiddam appetere dicta est, quia uidelicet forma diui-
 nius quiddam quàm materia existimatur, & si Them-
 istio stamus, ipsius primæ causæ est appetentissima. &
 quoniam illam consequi nequit: uel tenue ipsius expe-
 tit uestigium, id est, sensilem formam: qua induta quo-
 niam contenta non est & satura, aliam quærit identidē:
 & quia non habet, quam habet permutat indiga ma-
 ioris boni. habetur enim minus bonum, maioris boni
 comparatione deterius: minusq; pulchrum, si maiori cō-
 ponatur conferaturq; turpitudine quadam uidebitur
 dehonestari. quocirca in uotis est ipsa bonitas, ipsa pul-
 chritudo: quibus conficitur, ut prima materia rerū pa-
 rens sublunarium atq; sensilium, ut indiga est summæ
 illius bonitatis, ita & sitibunda: ppter eaq; ad illā quo-
 ad uires eius suppetunt, anhelat semper. pudeat autem
 nos, quorum animi sunt multis uitijs quasi maculis fœ-
 di & turpes, ipsa nolle uirtutis specie pulchritudinēq;
 uestiri: & ex uario eius habitu, non permutato quidem
 sed subinde ascito, ad ipsam pulchritudinē rerū diuina-
 rum totis uiribus properare: ut quod Propheta cecinit,

d euntes

ppheta.

» euntes de uirtute in uirtutem, uideamus deum deorum
 » in Sion. pudeat nos uel abieciſſe penitus, uel retudiſſe
 » aciem congeniti ſtimuli, & prope innati à naturæ ortu,
 » quo beari cupimus. quando rerū quæ ſub obtutum ca-
 » dunt pereuntium, & ſingulis momentis fatiſcentiū, ua-
 » na & umbratili prorfus imagine decepti, nuntiū remit-
 » timus ſupernis donis, diuinitusq; illapſis formis uirtu-
 » tū, quibus fit gradus ad ultimā humani animi formā,
 » hoc eſt diuinā felicitatē. Cuius quærendæ appetitio, dei
 » dono indita & tanq; inuſta naturæ, permutatur deſy-
 » derio retinendæ formæ ignobilis, & ſæpe noxiæ, rerum
 » minus bonarū, atq; afferentiū pernitiem: ut quæ & ſtu-
 » porem animo, & lethæam quandā obliuionē cæleſtiū
 » inducat. Adeo amentes, adeo ſtupidi ſumus: ut uinci
 » nos permittamus à rebus omnibus ſola naturæ inclina-
 » tione donatis: nec mentis iudicio pollentibus, nec arbi-
 » trij libertate, quo cæteris præſtamus animantibus. quid
 » rerū uſi uocabulo ſumus? quando & à prima ipſa, de
 » qua ſumus locuti, materia ſuperemur. quæ quoquo mo-
 » do, non autem perfecta res eſt: nihilominus agitato cō-
 » tinuo eam nobis indicat: quā habere poſſunt omnes:
 » ſed pauci uere uolunt, pleriq; non quærunt, nonnulli &
 » poſthabent, etiam negligunt felicitatem.

IO. FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI,
 ET CONCORDIAE COMITIS, LIBRI DE AP-
 PETITV PRIMAE MATERIAE, FINIS.

Ampliſſ.

AMPLISS. ET IL-
 LVSTRISS. D. M. L. CARD. ET PRINCIPI GVR
 CENSI, AC IN ITALIA PROCAESARI, IO.
 FRANCISCVS PICVS MIRAN
 DVLA FELICITATEM.



VPLICI ferè modo nostræ ætatis uiri
 doctrinæ studijs addicti philosophā-
 tur. Alij Aristotelea placita, aut inter-
 pretantur, aut sequuntur, uel solo in Ly-
 cio uersati, uel in Academia spatij de-
 currentes, quo in genere pleraq; iã scri-
 psimus. Alij noua quædã, & si ab antiquis dissideant, cõ-
 mentantur. Qua de re nũc excitandorũ causa ingeniorũ,
 placuit experiri de elementis, si contradicere ueteribus
 philosophis pbabiliter possem: & hoc de genere maio-
 ribus tãq; præludere monumētis. Dediti occasione tu-
 aliquã, ut hæc ad te in præsentia mitterem: excitata nup-
 abs te de uisilibus radijs quæstione subtilissima, quæ
 diu exagitata in elemētis tandē recepta est. Dederis &
 cumulationẽ spero, ut maiora, ita & meliora scribēdi pa-
 rata nobis propemodũ uia: quãdo meæ ditionis rebus
 tua & autoritate & opera paulo ante cõpositis, potero
 quod tẽporis in peregrinationibus, in exilijs, in tumulti-
 bus conterebatur, id totũ & domi, & in patria ditione,
 & pacato in ocio literarum studijs impertiri. Vale.

d 2 Io.

IOANNIS FRAN

CISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI,

DE ELEMENTIS LIBER:

OPINIONES VARIAS DE NUMERO ELE-
MENTORVM, ET EORVM QVAE EX IL-
LIS CONSTITVANTVR, CAP. I



ETVS opinio est à primis usq; dedu-
cta sæculis, philosophorum & medico-
rum firmata consensu, rerum elemen-
ta transmutari inuicem, atq; misceri.
Quo autē numero illa essent, quo mo-
do miscerentur, inter antiquos multa dissensio. Nā qui
plura quatuor, qui pauciora, qui numerosissima, qui in-
finita fecerint inuēti sunt: qua de re & alij pleriq; & nos
in primo De uanitate doctrinæ gentium, late disputa-
mus. Aristoteles, & qui eum sequuti, quatuor contenti
fuere: idq; uisum etiam Platoni. Sed inter utriusq; se-
ctæ, hoc est, Peripateticæ, atq; Platonicæ philosophos
non parua lis. Quoniam illi res quaspiam eximūt etiā
corporeas ab elementis, & eorum mixtionis faciunt in-
munes: hi nullo pacto. Quintam rerum essentiam cō-
mentus est Aristoteles ab elementorum conditione di-
uersam: eaq; & cælum & stellas, superioraq; illa omnia
corpora

corpora constituit. Ex Platonicijs uero sunt qui quancūq; cælestia ex ipsis quatuor conflant elementis: plurimum tamen ex igne habere contendāt, nec aeris faciāt omnino expertes. reliqua aut minime, aut uix in participatū admittunt. A cuius sententia nō usq; quaq; uisi abhorere, qui materiam in cælo esse contendunt, eiusdem cū ea naturæ quæ sub elemētis continet: ex quibus omnia postea sublunaria coagmētata sunt atq; coalita: ob præstantiam tamen formæ cælestis, & abiectam rerum terrenarum sortem, hæc transmutari, atq; corrumpi subindeq; generari: illa inuiolata & incorrupta permanere decernunt.

DE MAGNITVDINE, ET QVALITATE ELEMENTORVM, ET MIXTIONIS MODO, DIVERSAE NARRANTVR SENTENTIAE. CAPVT. II



MODVM uero mixtionis uarium diuersi reddidere. nam qui elementa sibi certa & signata magnitudine aliud alio præstare existimarunt, eorum etiam qualitates certo quodam tenore qualitatibus aliorum præstare dixerunt. Alij uero qui excedere se quidem elementa sunt arbitratu suapte mole & magnitudine: qui enim negari id potest: quoniam uisu constat, terram ambiri aqua, & aquæ circūduci aerem: quem æthere, siue igne uallari recipi solet: ij nihilominus, quota portione alterum præstaret al
d 3 teri, sciri

teri, sciri posse negauerunt. & hæc, ut mihi uidetur, uero,
 similior omnino sententia: quis enim metiri magnitu-
 dines elementorū quiret? nedum adeo metiri, ut quod
 cuiq; præcelleret, quotaq; portione præstaret alterū al-
 teri, exacte censeret? Quæ enim cernuntur elementa i-
 gnis, aer, aqua, terra, proprie elementa esse nō recipiun-
 tur: sed naturæ quæpiam ex elementis mixta, atque co-
 alita: siue ea mixtio à prima rerum conditarum origi-
 ne facta fuerit, cum prima omnium materia elementis
 elementaque rebus, quæ ex ipsis coaluerunt, substrata
 sint: siue tempore succedente postmodum, idq; identi-
 dem obtigerit, manente uidelicet aliqua puri elementi
 particula in propria cuiusq; sphaera: ut uerbi causa, cū
 terræ portio ad terræ centrum, quod ex terra purum,
 atque impermixtum uidetur quibusdam, secesserit: syn-
 cerus ignis ad lunæ conuexa migrauerit: Media quoq;
 elementa aqua & aer, ad suas quodque sedes intimas
 imaq; sese in penetralia receperint: quod placuisse uide-
 tur Auerroi, quartum Meteororum librum enarranti,
 quãq; aliter sensit media in Paraphrasi primi libri Me-
 teororum, dum aduersus Alexandrum Aphrodiseum
 disputaret. Certum sanè constansq; haberi debet, nul-
 lum elementum purum, atque syncerum posse sentiri:
 quãdoquidē sensus ipse ex diuersis conflatus, nihil ni-
 si simile, id est ex diuersis quoq; conflatu percipere po-
 tens est: ea uero perceptio qualitibus quatuor fieri
 omniū

omniū ferè consensu decretū est. Quarū cuiq; elemen-
to duas, permutatis tamen uicibus (nam uariæ uarijs in
elementis miscētur) attribuere: eæ sunt caliditas, frigiditas,
siccitas, humiditas. Terræ siccitatē & frigiditatem,
aquæ humiditatē & frigiditatē, aeri humiditatē & caliditatē,
igni siccitatē & caliditatem tradidere. Itaq; duo
elementa penitus ab alijs duobus dissident. Quædā ue-
ro aliqua ex parte cōueniunt, aliqua ex parte remouen-
tur. Terra cū aqua frigiditate cōsentit, dissidet humidi-
tate, qua pollet aqua: siccitate uero terra pollet humidi-
tati contraria. Terræ & aeri nulla affinitas: utraq; enim
pugnāt qualitate. hæc sicca est frigidāq;, ille humens &
calidus. Terra igni siccitate iungitur, dissūgitur frigore:
cū igni calor obtigerit. Aqua aeri cōuenit humiditate:
pugnat frigiditate calori cōtraria. Igni aqua utraq; pu-
gnat qualitate. hæc frigore & humore prædita, ille siccitate
atq; calore uiget. Aer igni calore consentit, dissentit
hūore, quo neutiq; ignis participat. Extrema itaq;, terra
& ignis suis qualitatibus parte cōueniūt, hoc est siccitate:
parte dissentiūt, quādo hic calore pollet maxime,
illa frigiditate. Aqua & aer, quæ medium inter extrema
sunt locum sortita, inter se quidem humore consentiūt,
frigore dissentiunt atque calore. ut hinc demirari quis-
piam possit, cur quæ maxime distant situ, mundiꝝ re-
gionem sortita sunt maxime aduersam atque remo-
tam, qualitatibus etiam non maxime distent. atque
hinc

hinc (ut opinor) fuit Aristoteles hac in re uarius, quādo in opere De cælo, terrā opposuit igni, ex maxima locorum distantia maximam repugnationem inuectus. in libris uero De generatione, igni aquā opposuit ex pugna qualitatum. Sanè conuenire dicitur ignis supremū fortitus locum siccitate cum terra. Aqua uero igni propior, ut quæ super terra sit collocata: utraq; ab igne qualitate dissentit. nam & quæ ignis sunt, & quæ aquæ cōditiones, inter se sic pugnant, ut pugnare magis non possint: & quanquā dici proprie & exacte nequit: ut quæ inter se nō pugnant qualitates, ita ut altera expellat alterā si sit potentior, nō sint aduersæ dissidentesq;: ut quæ uidelicet sese eodem in subiecto compatiantur, etiam si sint maxime intentæ, ut calor & siccitas in igne: quatenus tamen diuersis & pugnantibus cōueniunt, eatenus quoquomodo dissidere dici possunt. siccitas enim & cū calore frigiditatis hoste potest (ut ita loquar) hospitari, & ab ipsa quoq; frigiditate suscipitur hospitio: quæ cū sint aduersa illa, quoquomodo etiā aduersari hæc ipsa inter sese uisa sunt. Sed utcunq; sese res habeat: ex qua tuor istis qualitatum, quæ primæ dicuntur, nasci cūcta ueteres decreuere. Agunt itaq; inter sese elementa, commercia quædam exercent, seseq; petunt, à natura impetum naçta sese mutuo petendi. Vnde illis Græci nomē fecere *σὸιχῆια*, quasi uaderent in sese. uisa etiam tanquā bellare armis uidelicet qualitatum cōtrariarū: ita ut ex pugna illa,

Vnde nomē
elementi
apud Græcos.

gna illa, modo uictoria, modo dades hinc inde spectetur. cōuenire etiam inter se uisa, & quasi fœdera iungere & nuptias: ex quibus proles exoriretur. hinc apud pri-
scos illos philosophos, qui sub fabularū inuolucris ob-
nubebant secretioris dogmata philosophiæ, ex lite &
amicitiâ cuncta fieri decretum est. Hinc Iouis & Iuno-
nis nuptiæ: quando ille pro igne ætheræue, unde & Ζεύς
ἀπὸ τοῦ ζέειν, hoc est, à feruore nūcupatus: Iuno pro æ-
re, quæ & soror etiam dicta, quoniam proxima & cælo
eadem ferè cognatione coniuncta. hinc & Iouis etiam
cum terra matrimoniū, quādo pro parte illa æris sum-
ptus est Iuppiter, qui potest in pluuias cogi & irriga-
re terram, quæ suscepto humore parturit & parit: qua
propter ille cecinit:

Coniugis in lætæ gremium descendit.

Cæterū tametsi coire inter se elemēta ipsa, talibus, ut ex-
posuimus, qualitibus prædita, receptū confessumque
sit, & concordī ferè sententiâ decretum: non tamen quo
pacto hæc ipsa ad res constituendas conueniant, incon-
trouersum habetur, sed res est multarum fœta difficul-
tatum. Alij enim misceri ita uoluerunt elementa, ut unū
quiddam ex ijs conflaretur, quod eorum aliquod non
esset, sed ex omnibus quæ iam essent ipsa mixtione ab-
olita, dissularet. Alij integra manere censuerunt. Nec
defuere qui mediam inter has sententiam dicerent, ar-
bitrati nec integra manere, nec penitus aboleri: frangi

e tamen

Expositio
antiquorū
de elemen-
tis anigma-
tum.

De opinio-
nibus Aui-
cēnæ Auer.
& S. Tho.

ramē & minui sic, ut abiret integritas formæ, retenta nihilominus ipsius uirtute & potestate. Tantū ferè de mixtione elementorū, ab ijs qui ante nos scripserūt disputata, certe uberius ab illis, sub compendio retuli: ut quid nobis in mentē uenerit, cōmodius aperiremus, & cōtradicere sine crebra opinionum repetitione possemus.

QVOD ELEMENTORVM NUMERVS, ET
ORDO, ET QVALITAS PER CERTAS
RATIONES NON DECERNATVR. CAP. III



Opinio cōtraria.

Rō p opionione.
Confirmatio p autoritates.
Phauorin⁹

GO quidē ut quæstionē de elementorum numero non exacte discutiam: illud tamen afferam, eum exacte nesciri. nam & qui philosophorum sententiæ nollent acquiescere, nescio quo pacto adstringi possent: quando existimari cōtingeret aliqua alia esse elementa, quæ occulta quadam uirtutis naturæ concurrerent ad res sublunares cōstituendas, Videri solum ignem, aërem, aquam, terram: quæ cū pura non sint elementa, ea scilicet quæ oculis cernimus: nihil referre si dicantur alijs etiam inuisilibus elementis mixta. Qua ratiōe etiā Phauorinus nō admisit septē dūtaxat esse planetas: quādo cōiungi nequeat plures esse nō posse, qui tamē nō uideantur propter exuperantiā, uel splendoris, uel altitudinis, pariter tamen ad res efficiēdas uirtutis &

tis & potestatis. Fuere itē qui plura statuerent: & Ictes Ictes.
 Pythagoreus duas esse terras est arbitratus: cuius de na-
 tura & uiribus quā diuersa philosophi protulerint, sa-
 tis (ut existimo) patet primo ipso cuius memini libro
 De uanitate doctrinæ gentium. Fuere item qui paucio-
 ra. Quoniam de sphaera ignis apud plerosq; dubitatū
 est. Et sunt etiam qui nullam uelint sphaeram simpli-
 cium elementorum: & qui eas uolunt, non conueniunt.
 nam Alexander urere illum ignem uoluit, qui est lunæ Alexāder
 proximus: nec proprie ignē dici debere contendit. qua
 de re est illi cum Auerro in paraphrasi media libri Me Auerrois.
 teororum primi contentio: cui tamen decretum est nul-
 lum reperiri omnino purum elemētum, propter ipsam
 primorum corporum æqualitatem: quæ cum sint ma-
 xime contraria, sola mixtione coæquantur inter agen-
 dum & patiendum. Itaque de numero elementorum
 si diuinum oraculum æditum non sit: humana ratione
 non est sententia ueridico ore adeo lata, ut ab ea non
 detur prouocatio. Sic & de sedibus elementorum, quo-
 rum ordo apud plerosq; præiudicatus est, à nonnul-
 lis etiam ductus in controuersiam. Certe cum Ari-
 stotele, & alijs plerisque philosophis magnus non sen-
 sit Ambrosius in libro sexdierum: qui uidetur potius Ambrosi⁹.
 ad deum appellare, cui notum id sit, ignotum autem
 humanæ coniecturæ. Nam si ordinem in tribus imis Alia rō p
inquisitio,
 cōspicimus elemētis, pura tamē ut diximus, illa nō sunt, nem.

ut propterea consecutio connexumue non admittatur,
 si de sphaeris impermixtis id ipsum afferatur. Porro cir-
 ca ipsa elementa, siue ea sint quatuor, siue plura, siue eo
 ordine posita quo multitudo cēset, siue alio, ac circa qua-
 litates: plures ne sint numero, an tantum quatuor: mul-
 ta me (si auctoritatem philosophorum nō admittam) te-
 net ambiguitas: adeo, ut rogatus sententiam difficilli-
 mum uideatur quò se animus magis inclinēt. Primum
 omnium hac in re satis constat sensu id nobis non pate-
 re: quæ enim sub sensum cadunt elementa, uti supra sa-
 tis est habitum, pura impermixtæq; non sunt, sed pror-
 sus insyncera: nec ulla omnino simplex & pura qualitas
 à corpore non omnino simplici & puro dimanat, quale
 nullum in machina sublunari. quapropter iure arbitra-
 ri de eis sensus nequit: ac per hoc nec intellectus, si Ari-
 stoteli standum censeamus: apud quem pro constanti
 receptum est, nihil esse in intellectu quod prius in sensu
 non fuerit. Relinqui itaq; uidetur ea ipsa de re sola phā-
 tasia, cui coniectura nitatur, discerni posse: quæ quàm sit
 fallax, nemo nescit, eam enim quaque in re tam uan-
 nam esse necesse est, quàm uanum fuerit sensus ipsa de
 re iudicium. siquidem nihil aliud sit phantasia, Aristo-
 tele decernente, & consentientibus Peripateticis, quàm
 motus factus à sensu secundum actum.

ELEMENTORVM QVALITATES PRIMAS,
 EARVMQVE NATVRAM, EX REBVS
 QVAE DE ELEMENTIS CONFLAN
 TVR ET COALESCVNT, NON POS
 SE COMPREHENDI. CAP. IIII



ERVM enimvero ex ipso conflatu elemē
 torū maior omnino difficultas oboritur.
 Si enim quodcunq; elementum suapte in
 natura, hoc est syncerum & impermixtū,
 seorsum à nobis persentiretur, daretur utiq; aliqua no-
 bis uia de eorum qualitatibus, natura, mixtione, iudi-
 candi. nam si aquæ seorsum, uel aëris seorsum deprehe-
 sæ proprietates, cōditionesue essent: sic & terræ, & ignis.
 Postea dum aliqua res ex eis mixta sub obtutum cade-
 ret, animaduersis conditionibus ipsius rei, non omnino
 difficulter præstaretur: ut quas ab hoc, quas ab illo con-
 ditiones traheret elemento, quoquomodo fieret iudi-
 cium. quo autem eas modo cognoscemus, cum ex ipsa
 re iam mixta necesse habeamus elementa cognoscere?
 quo fit ut credere magis, aut cōiectari, quàm scire opus
 sit, cui nam elemento quæ propriæ conueniant qualita-
 tes. Nam eos qui ita solent argumentari, ut effectū di-
 cant se perpendere in diuersis contrarijsq; rebus eundē,
 propterea q; illum ipsum acceptum debere referri dispo-
 sitioni aliquaë, quæ illis ipsis contrarijs in rebus eadem
 e 3 inueniatur,

Ratio fun-
 damenti.

Remotio
 obiectiōis

inueniatur, facile non recipio: quoniam ei dispositioni
 quanquā utriq; rei communi coniectura quidem id acce-
 ptum referri potest, non autē certa ratione: nam & for-
 mæ, & uariæ mixtioni, & diuersæ sympathiæ tribui etiā
 potest, unde non difficulter fallacia non ueræ causæ ab
 Aristotele damnata potest oboriri. Soleo autem ego
 contra sic argumentari, quotiescūq; aliquis effectus, cui
 multæ insint conditiones, à pluribus isdemq; diuersis
 dependeat causis: quæ nam cōditio cui causæ afferri de-
 beat accepta, sciri nequit, ni prius illæ seorsum causæ sin-
 gulatim exploratæ adeo sint, ut eorum proprietates de-
 prehensæ fuerint. Alioqui, num quæ unius, alteri adscri-
 pseris? & augetur etiam difficultas magis quādo plures
 esse possent causæ, quæ ad effectum cōcurrerint, quæ
 uulgo sint existimatæ. Itaq; cum nisi per ea quæ cōposi-
 ta sunt ex eis, possint explorari elemēta, ipsa uero per se
 & seorsum neutiq; detur percipere, coniectura uacilla-
 bit. Dicitur fortasse hac in re posse nos uia & modo p-
 cedere: quando uidemus ignem, & si non syncerū omni-
 no atq; impermixtū, aquam & si nō suo purōq; in ele-
 mento constitutam, sed alijs participantem, retinere ta-
 men propriam uim insitam: hanc frigefaciēdi & hume-
 ctādī, illū calfaciēdi & exsiccandi. At si ignis ille supre-
 mus & simplex non urit, autore Alexandro? non calet?
 At si simplicibus, uel saltem minus compositis compositi-
 tiora plus intendarum possideant qualitatum: ut gla-
 cies quæ

Alia rō ex-
 plicata.

Confirma-
 tio.

Responsio.

Cōfutatō
 multiplex

cies, quæ est aqua frigidior, & plumbum terra grauius: nam & illud admittit Auerrois in media Meteororum æditione: & hoc in libro de compositione theriacæ aduersus Galenum retulit. At si alio in elemento ignoto uis earum aliqua maior atque præstantior haberetur? At si in permixtione esset mutata conditio? At si dissularet ex multis ea ipsa uis? puta caloris intenti ex calore ignis & aeris, frigoris ex aquæ & terræ frigore, siccitatis ex igne & terra, humiditatis ex aqua & aere. Nam siue calor ignis à caloris aeris specie ratione uel differat, frigusque sit aliud specie in aqua quam in terra: siue in utriusque unius eiusdemque naturæ fuerint: effugere nihilominus eas quæ undecunque circumstant difficultates minime poterunt. nam si alia species caloris in igne, alia in aere, alia quoque & diuersa natura frigoris ea habebitur, quæ in aqua & quæ in terra. & ita de cæteris fiat qualitatibus iudicium proportionem pari. Ac uideatur quidem rationi consentaneum: quoniam diuersæ sunt substantiæ: ut diuersas etiam habeant quæ illas consequantur proprietates. Alius itaque erit calor quo ignis, alius quo aer participet: duo igitur sub uno calores. quæ enim sunt diuersa specie, genere conueniunt. Si dixeris genus abstrahi à speciebus cogitatione nostra, & non subsistere, nihilque prohibere si tantum sint duæ generis unius species: Illud quaeso responde, quo pacto illas esse in species deprehenderis, si in aliqua alia specie

Particula
ris rñsio.

Cōfutatō
multiplex.

genus

genus ipsum non deprehendisti? quo pacto enim hominem & leonem animalis esse species iudicare iure posses, si genus ipsum in boue & capra, aut aliqua alia animalis specie adseruari non plane constaret? Si maxime sunt species, ut numeri Aristotele autore, quibus addita uidelicet differentia species uarietur: oportet igitur adesse id quod per diuersas & uarias dissecari differentias queat. habebit igitur calor tamquam genus igne superior & aere, quod in aliqua etiam specie inuenietur. tumque aut elementare erit ille calor, & sic plura elementa: aut caeleste scilicet & quintae naturae, & tum id quod est quintae naturae siue essentiae, diuersisque omnino generis, miscbitur elementis, quod a Lycio prorsus explodet Aristoteles. quod si eiusdem speciei dixeris esse: ergo unum pendebit ab alio: & sic caliditas aeris pendebit ab igne: si uera est illa ab Aristotele in Metaphysicis posita lex, in uno quoque genere esse unum maximum, a quo dependeant illius generis caetera: si maximum, ergo prius, quia etiam causa: nisi forte Petri Aureoli opinio reciperetur, legem illam Aristotelis paulominus abrogatis. sed certe si alterum deriuatur ab altero, ergo simul aeterna non erunt elementa, ut uoluit Aristoteles: quando in aeternis id quod est efficiens, prius effectu non constituitur apud Peripateticos, ergo neque etiam simul in creatione fuissent constituta. Si uero fingas ambo summa esse, ratio repugnabit & uoci, & imaginationi, quae sanxit duo eadem
in con

P. Aureo/
lus.

in conditione penitus summa & maxima esse non pos-
 se. neque enim illi subesset fundamentum sententiæ, qua
 statueretur in aëre summum esse calorem: repugnaret
 enim & sensus & ratio, quando nullo incommodo ex-
 cedētis qualitatis ab aëre in sese afficitur sensus, sicut ab
 igne corpora afficiuntur: nec patitur ratio, ut quod ex
 mixtione temperatum est, quemadmodum calidū cū
 humido in aere id eiusmodi haberi queat, ut nequeat
 propterea remitti ille ex humore calor, quando humor
 non aduersatur calido: sed sese inuicem hospitantur, si-
 cut calor & siccitas: quæ quidem siccitas cum non aufe-
 rat igni id quod est cōburere: pariter nec humidum ca-
 lori aeris, si in ea esset summus calor, ne combureret
 posset auferre. Atqui cum temperamētum omne
 ex frigido sit & calido, autore Aristotele in pro-
 blematibus & in libris Meteorologicis: nū ali-
 quod simpliciter calidū, & simpliciter fri-
 gidum: simplex, non aliquo modo cō-
 positum, aut aliqua alia qualitate
 fretū, prius elementis quæ duo
 bus pollent qualitatibus, co-
 gitādū esset? Et hæc qui
 dē de cōcursu elemēto
 rū, & primis qualitati-
 bus ad præsens
 dixerim.

f Humores

HVMORES QVI EX PRIMIS PENDENTELE
 MENTORVM QVALITATIBVS, AVT
 QVOT SINT, AVT CVIVS NA-
 TVRAE, EX IPSA MIXTIONE
 NON POSSE EXACTE IV-
 DICARI. CAP. V



ED enim cum mixta sint elemēta: & ex pri-
 mis illorū qualitatibus caliditate, frigidita-
 te, siccitate, humiditate, aliæ generātur quali-
 tates, quæ in uiuis & sese mouētibus, locūq;
 permutantibus animalibus uocātur humores, sanguis
 uidelicet, bilis & rubra, & atra, atq; pituita: quorum san-
 guis dicitur sua proprietate respondere aëri, rubra bilis
 igni, nigra terræ, aqua pituitæ. In cæteris etiam rebus
 aliquod ponunt his humoribus proportionē respon-
 dens, ut quæ de ipso elementorum conflatu coagmen-
 tata sint, & eorum ex qualitatibus coalita, ut propterea
 dicant res alias calidæ frigidæue, alias aut siccæ aut hu-
 midæ esse naturæ: Mihi uidetur, ipsa in elementorū mi-
 xtione, atq; concretionē, qua humores in corpore gene-
 rantur humano brutōq; easdem euenire difficultates.

Prima rō. Primum quod plures nō sint, esseue possint, aut etiam
 pauciores, sensu comprehendī nequit. Possunt enim ea
 ipsa in mixtione latere, aut in uenis alijsq; receptaculis
 ita delitescere, ut natura nos de aliquo celet. Indiciū id
 Confirmatio. potest haberi in dissectionibus, cū aliquod deest, quod
 adest in.

adest in aliquibus. Fel enim, quod bilis aut fons credi-
 tur esse aut receptaculū, aliquibus non inesse animali-
 bus, aut non inueniri scribit Aristoteles: Aliquibus ue- *Alia ratio*
 ro adeo magnū, ut demirationi sit atq; stupori. Præte-
 rea cum humano in corpore mixti sint liquores omnes
 humoresq;: ita ut nihil nisi compositū ex omnibus pos-
 sit aut uideri, aut tangi: quo pacto de natura simplicū
 humorum, deq; illorum proprietatibus habebitur cla-
 ra noticia: sensu quidē minime possumus eam cōsequi:
 quādo nihil syncerū, nihil impermixtū, nihil quod non
 sit concretum, sub sensum cadit: & mixta cōfusacq; sunt
 omnia. Vnde & medicis regula est notissima, & prorsus *Cōfirma.*
 incōtrouersa: debere eos ex uena mittere sanguinē, qui
 humores omnes uolūt extrahere: quādo in eo & utra-
 q; bilis & pituita cōfusa interspersacq; est: nihil tamē in
 uenæ dissectione, nisi sanguis spectatur. At si non sen-
 su possumus id internoscere: si solis uidelicet sensuum
 oculis intellectus ipse res materiæ obnoxias intuetur:
 quo modo huius ope fiet discerniculum? affecto enim
 sensu re quapiam, mens ipsa intellectusue coniectura
 postea quicquā assequitur: uti ex crassitie, tenuitate,
 colore rubro, flauo, nigro, albo. Conijcit enim ibi syn-
 ceriorem esse sanguinem, ubi tenuior fluxerit, & rubor
 insignius apparuerit. ibi pituitæ plus esse, ubi diluti-
 or uisus est sanguis: ubi uero nigrior, ibi plus atræ bi-
 lis: ubi flauus sese impense præsentauerit, multum
 f 2 rubræ bi

Alia cōfir-
matio

rubræ bilis inesse dñi dicabit. At neutiq̃ certo id potest
comprehendi: potest enim in aliquo indiuiduo suapte
natura nigrior esse sanguis aut dilutior. id enim ex di-
uerfa aliorum mixtione potuit contigisse, quæ non quã
titate molis, sed qualitate aliqua & uarietate proportio-

Respōsio.

nis sit ita constata. Dices te effectum deprehendere ex
causa, quod sanguis humidus & calidus, quod bilis ru-
bra & calida sit & sicca, quod atra bilis sicca sit & frigida

Cōfutatio.

terræ uidelicet respondens. Quæso te, à quo effectū id
es nactus: proprio nequaquam, quia id non potes ex-
periri, quando purum non potes humorem examina-

Cōfirma-
tio explicā.

re atq; perpendere. Si enim pharmacū aliquod ex sim-
plicibus quatuor herbis, aut radicibus compositum ha-
beres: nec alicuius illarum herbarum per sese naturā &
proprietaem haberes exploratam: scires tamen hoc to-
tum ex illis quatuor compositum pharmacū, elicere &
pituitam, & utranq; bilem, atq; etiam sanguinem. nam
& Galenus elici sanguinem, & inter alios deligi humo-
res posse non negat. Si inquam scires, idq; identidē fie-
ri perspiceres, cui nam tribuères electionē sanguinis:
cui bilis: & sic de cæteris. Certe nulli uni seorsum: quan-
do nullius illarum per sese naturam uimq; nouisses, sed
folius cōpositi ex illis quatuor pharmaci. Ad hæc, si nū-
q̃ daretur ut singulas eorum proprietates nosceres, nū-

Confirma-
tio explica-
tur magis.

q̃ posses, nisi aut casu aut aberranti coniectura, uel de
longinquo illud pronunciare: cum autē constet ut neu-
tiq̃ detur

tūq̄ detur tibi purum aliquem humorem posse perſpi-
 cere, nunq̄ eius naturam & qualitates ſeorſum & per ſe
 planè percipies. Adde quod ſicuti effectus illius de quo
 diximus pharmaci, poſſet aſcribi non alicuī illarū ſim-
 plicium quarum meminimus herbarum radicumue: ita
 & tu duos ſi assignares ex illis quatuor qui educunt hu-
 mores, non poſſes rite redargui: nō ſecus ac ſi ſanguini
 alias uires, bilis alias, pituitæ alias præſcriberes. quod ſi
 fretus colore ignis, des illi ipſi flauam bilem: quo pacto
 eadem ſimilitudinis ratione aëri dederis ſanguinē? nā
 non conuenit colori ſanguinis aër, terræ quomodo bilē
 atram? nam terra, ſi Ariſtoteli credimus in libro de co-
 loribus, ſuapte natura alba eſt, q̄uis nigra ex aliarū re-
 rū admixtione uideatur, Rurſum ſi aëri reſpondet ſan-
 guis, plurimòq; ſanguine homo pollet præ cæteris hu-
 moribus: cur tamē terreſtre animal eſt, & tam graue ut
 tolli nequeat ad cognatū aërem? Oſſium cauſabis na-
 turam? & terreſtrem partē: Num in eo ergo plus pote-
 rit atra bilis, quæ minima eſt in homine, ſi ſanguini con-
 feratur? At ſi ſanguinem nunq̄ uidisti ſimplicem, nec
 bilem quoq; rubram puram ſcilicet & impermixtā: quo
 modo illum purpureum, hanc flauam cenſebis? Alium
 de igitur color humoribus aduenit, adſcitus eſt, non
 natiuus, ut enim ſimplex erit color, & à re ſimplici ma-
 nans: quod nequaquā admittent in humano corpore: cui
 nihil ſimplex, ſed permixta ex humoribus omnia: aut

Remotio
tacite obie-
ctionis.

Ariſtoteles

Confirma-
tio.

alium omnino humorem præter illos quatuor assignari imaginariue satis oportebit, aut cogitare ex communi mixtione huic talem, illi talem aduenisse colorem. restabitque tum quærendum, una cum sit conflatio ex omnibus, cur tamen quatuor, nec plures, nec pauciores censuerint esse humani humores temperamentis: quando nulla (ut facile ex ijs quæ dicta sunt colligi potest) cõuincat ratio, maiori eos, aut minori numero esse non posse. eoque magis quod bilis ipsa genus esse uidetur, in sanguine autẽ & pituita genera nõ constituunt. est enim bilis rubra, est bilis atra, bilis utraque: & plures quoque bilis species: uitellina, quam dicunt flauam admodum: & prasina porraceaue: & azinaria, ita uocant Arabes, cerulea possimus latine nuncupare. sed & Aristoteles in Problematibus, duo atræ bilis genera constituere uidetur: calidam & frigidã. quæ quidem res cum quod repugnat ijs, quæ decernunt alij de nigra bile, tũ & temperamentis etiam species multiplicabit: nec ulla præterea aut sanguini, aut pituitæ species tales assignantur: crassitie uero & tenuitate plurimum & sanguinem à sanguine, & pituitam à pituita secernunt. Nec illud obliuiscendum, quomodo atræ bili, quam terræ suapte respondere proportionem magno consensu decernunt, frigidæ scilicet & sicca naturæ, ac tanquam torpenti & admodum stupidæ: traduntur ab Aristotele effectus maxime calidi & nobiles emotæ mentis: & confertur

Alia confirmatio.

confertur uino in Problematis, quod aëriæ potius & igneæ naturæ, quam terreæ existimari omnium penè testimonio constat. Caterum aut calor sanguinis differt specie à calore bilis, aut minime. Si primum desuperius aliquid cogitare oportebit, unde hæc prodeat diuersitas. nam species diuersas sub uno genere congregari, atque uniri, suisque distingui differentijs, inter doctos conuenit. Humoris igitur genus superius comminisceris. nam si dixeris humoris species ex genere quod non fit humor, pendere: tanquam proprias geminasque species ex alieno genere: sine risu & explosione, si in corona literatorum dices, non audieris: igitur plures quatuor humores habebuntur. Si secundum responderis: ad alterum pendere ab altero, minus scilicet calidum à calidiori: tum sanguis pendebit à bile: ut & quæ calidior habetur, & igni sua proportione respondeat: tum ergo sanguis bile posterior erit in homine, & ab ipsa pendebit. quod nec Lycium, nec medicorum scholæ recipient: apud quos sanguis in animali, & præsertim in homine primatum habet: isq; & fons & origo sensilis uitæ apud omnes existimatur.

Alia ratio.

Non

NON RITE EOS CENSVISSE, QVI VEL
 QVATVOR VEL OCTO EX HVMORI
 BVS CORPORVM TEMPERAMEN-
 TA DVNTAXAT CONSTITVE
 RE. CAPVT VI

Opinio cō-
 traria.



INC satis patere potest medicos minus con-
 sulte egisse eos, qui quatuor temperamen-
 ta dūtaxat attulere, siue etiam octo: simpli-
 cia quatuor, quatuorq; cōposita, atq; unū
 æquū. Plures enim omnino (ut arbitror) fuerint, si rem
 ipsam perpendere, & rei naturam ducere in controuer-
 siam maluerimus, q̄ sine disquisitione instar irrationa-
 lium animantium alius post alium ire. Medicis aut pro-
 pterea non puto succensendum: si rationē solum habue-
 runt methodi medicæ facultatis, quæ sub quibusdā ca-
 pitibus cogit multā diuersitatē, ad parandas curatricis
 artis regulas. Itaq; si cōstituerūt & sanguineū tempera-
 mētū & pituitosum, & rubræ cholæræ & atræ, ut mittere
 hos hūores è corpore præcipuos cū excreuerint queāt,
 ut aptare quoq; illis pharmaca possint, quorū sit p̄priū
 illa educere: eis inquā nō existimo succensendū, si crassa
 (ut dici solitū est) Minerua id sanxerūt ad methodum
 parandæ sanitatis facilius consequendā. Sed si ad exa-
 ctam noticiam id fecerint, minime recipio: cum nō satis
 cōstet qui nā sint, & quot humores, ex quibus illa ipsa
 temperamēta cōstituunt. Sed si gratis etiā cōcedatur eis

Prima ra-
 tio funda-
 mentalis p
 opinione

ut ex

ut exploratum sit atq; compertū qui & quot humores: maxima etiam restat difficultas in decernendo temperamento: ut propterea sciri nequeat, quot & quæ temperamenta sint constituenda. Nam proportio diuersa mixtionis, diuersas temperaturas parit: & cum hæc mixtio nes nō quatuor duntaxat habeantur, sed multo plures, multo etiam plures habebuntur temperaturæ humani aut etiam brutorū corporis. ipsa enim mixtionis, diuersa ratio diuersaue proportio uicē habet propriæ & speciē afferentis differentiæ. nam proportionēs numerorū instar habētur. quare ubi diuersa fuerit proportio diuersa prodibit species temperamenti. Alioquin si eadē specie essent, & ob excedētē dūtaxat qualitātē sortirent species suas corporū uiuentiū temperationes, sequerentur multa quæ explodi oporteret: unde & illud ex quo sequuntur, pari deberet censura damnari. Nāq; in hominum specie diuersæ species proportionū & conflatus, essent eiusedē speciei. Fac em̄ duos in caliditate excedere: reliqua mixtio sit penitus alia: puta tres ille pituitæ gradus, quatuor sanguinis, unū atræ bilis habeat: hic quinque sanguinis, duos atræ bilis, unū pituitæ: tū enim mixtionis erit diuersa species: nihilominus unā species habebitur temperamētī, scilicet cholericī uel biliosi. Si exempli gratia plurimos unusquisq; gradus bilis rubræ in temperamento possederit, an eodem etiam pacto hominis maximopere cholericī eiusedē esset, quo ad temperamētum corporis

Alia ratio.

Alia ratio ducens ad incōueniētia.

Confirmatio p̄ exemplum.

tū corporis attinet, eiusdē inq̄ cū leone speciei? manat certe diuersitas specificæ qualitatis à diuersitate mixtionis. Adeoq̄ uariat, ut tua etiā rubra bilis à mea specie differre nō iniuria dici possit: nō quatenus calida aut q̄tenus bilis, sed q̄tenus tua aut mea, id est, quatenus in tuo meoue corpore eā sortit̄ cū alijs hūoribus mixtionē caloris, quā nō est in alio atq̄ alio sortita. neq̄ enim ipsa bilis est simplex: sed & ipsa quoq̄ ex uaria mixtiōe primarū cōflata qualitātū: adeo, ut non solū magis minusue calida, sed ex diuersa mixtione coalita. Eadē quoq̄ bilis (ut diximus) in plures diuidit̄ scindit̄q̄ species: & quæq̄ pprias habet opationes, ex quibus species ipsas & indagat & cōstituit Aristoteles. Diuersa quoq̄ illis medici adhibēt remedia. Cæterū si differret̄ tēperamēta cōplexionesue (ita iuniores dicūt) calidæ à calidis sola intentione, adeo uti (quod uolūt) excedens & alijs præminens qualitas cōstituat speciem: tēperatio hominis calida à calido equi tēperamēto, nisi intentione & remissionē differret. si neges, tibi aduersaris. si cōfirmes, id sequit̄ absurdū, quod operationes differūt, & nō differt species à qua illæ prodeūt. Alij enim effectus à caliditate humani tēperamēti, alijs ab equinæ temperaturæ caliditate dimanant. Si dicatur, ea tēperamēta specie differre ppter latitudinē, puta extra latitudinē equini tēperamēti aut hūani cū quicq̄ statuas: tū speciem emergere uariā, & hoc ppter formam (ut aiunt) substātiālē hominis, id est animam &

Alia ratio.

Responso

nam & formam substantialem equi, quæ sunt specie di-
 uersæ: proptereaq; temperamenta etiam sibi adsciscunt
 specie diuersa. Contra stabit ratio: quia intentio & remis- Cōfutatio
 sio nunquam uariant speciem: Vbi ergo sub eadem lati-
 tudine, puta caloris, uel intenti uel remissi, quiddam spe-
 cie inuenitur diuersum: ipsa speciei diuersitas alicui aliò
 referenda est accepta. Nec id diuersæ formæ quam di-
 cunt essentialem, dādum est: quia restaret difficultas in
 hominis cadauere & equi cadauere: ex altero tamen cre-
 bro, ex altero minime generatur: & alia ex hoc, alia ex il-
 lo euenta dicuntur: nec tamen forma substantialis ulti-
 ma, id est anima ulli eorū inest. Præterea differunt spe-
 cie temperamenta membrorum unius & eiusdem cor-
 poris, multo magis alieni. consecutio nota. & quod an-
 tecedat, probatur ex operationibus: quæ, ut inquit Auer-
 rois, formam faciunt cognoscere: nam alia cordis opera-
 tio, alia epatis, alia splenis, alia capitis, alia digiti, &
 hoc nisi ex uaria mixtura: ut mittam cuiusdam ma-
 gni uiri opinionem, cuique membro diuersam for- Io. Sco.
 mam facile concedentis. Et cōfirmari hæc omnia pos-
 sunt autoritate Aristotelis ita in Problematibus decer- Confirmatio p auteritatē.
 nentis: ubi enim de temperamento in quo bilis esset
 atra, differeret ita: Vt enim specie inter se distāt nō quia
 faciem habent: sed quia faciem talem, id est, aliā pul-
 chram, aliā turpem: & qui nihil superuacui gerunt, ij
 stata sunt forma: sic etiam qui leniter habitu illo con-

Alia rō cir
ca res ina/
nimas.

Epilogus.

stant, ij medium tenent: qui plene, ij iam dissimiles mul
titudini euadunt. Cæterum in rebus etiam inanimis
diuersam tēperaturæ mixtionē indeprehensam esse, ij/
dem quibus usi sumus ratiōibus posset cōfirmari. idq̃
percipi facile potest ex colore. nā multa rubri, multa al
bi temperamēta, multa uiridis. nāq̃ multæ sunt differē
tiæ uirentium in genere uiridium: sub genere item colo
rū, sub genere qualitātū: aliud enim uiride, subalbidū:
aliud quod anātū colla præferūt: alia sambuci, alia ci
tri, alia oliuæ, alia salicis uiriditas. Diuersa uidelicet ex
mixtione temperamēti: sicut & panis ex diuersis cōfecti
granis: quæ diuersarū essent specierū. proportio itaq̃
mixtionis elemētorum hæc omnia operatur. Quare cū
quatuor tantū elemēta habeantur, ex quibus quatuor
temperamenta cōstentur: siue sola cōposita, siue etiam
simplicia: & addatur etiam quæ sit æqua ex omnibus:
non poterunt diuersissimi & mille differentijs effectus
inter se diuersi, ex tam paucis mixtionibus prodire: qui
quidem effectus cum nesciri queant, nec eorū sanè cau
sæ, & multo certe minus ipsa temperamenta. Quoniā
quæ illa parit elementorū mixtio nō cognoscitur: igno
ratur enim ipsa proportio. Et hæc tanq̃ in trāsursu de
elementis, & de eorum mixtione sint disputata. Ro
mæ Pridie Kal. Ianuarij. M. D. XIII.

IO. FRANCISCI PICI MIRANDVLAE, DE
ELEMENTIS LIBRI, FINIS.



IOANNIS FRAN

CISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI,

CONCORDIAEQVE COMITIS, AD

PETRV M BEMV M DE IMI-

TATIONE LIBELLVS.

IO. FRANCISCVS PICVS

PETRO BEMBO. S.



TRVM TIBI CVM AN-
tiquos imitanti scriptores, tū
de imitatione mecum differē-
ti, assentiri an aduersari debe-
rem, nondum satis Bembe iu-
dicauī. Quando ipsos etiam
ueteres qui proponuntur imi-
tādi, hac de re cū uarios tum
animi dubios fuisse planè cō-
periebā. Ipsa quoq; ratio sese ita
præbebat. aquā utriq; parti,
ut quò uergeret non satis appa-
reret. Quamobrem si quæreret
autoritas, si ratio desyderaretur,
quibus qua-

g 3 si germanis



si germanis ad ueritatem indagandam uis utimur, his
 adhuc sub iudice manere uidebatur. Verum enim uero
 dum cogitarē acrius, ipsamq; imitationē animo uolue-
 rem, in eam sum adductus sententiā, uti non nihil qui-
 dem imitandum asseuerem usq; quaq; uero nō putem:
 imitandū inquā bonos omnes, non unum aliquē, nec
 omnibus etiā in rebus: quod tute ipse arbitrabare. Qua
 quidē in re ut ita sentiā, multa me mouēt. eōq; animus
 inclinatur uti aduersus te standū facile existimē: id ipsum
 tibi declarare tentabo conaborq; quibus potero ratio-
 nibus: ut si nō ego in te (quis enim in amicū, & talē qua-
 lis est Bemus id faceret?) sententiā feram, ipse tamen
 fortassis litem secūdū te dandā minime censeas. Ac pri-
 mum omniū satis constat imitatores à Platone uel ina-
 ni, uel nullo uerius titulo notatos: ut qui proprio digni
 nomine non habeantur, nisi quod eis illa ipsa imitatio
 fecerit: inhonesta uero Flacci nomenclatura damnatos
 & appellatos seruū pecus. Hinc uideas omneis quicūq;
 aliqua in re autores celeberrimi extiterūt, aliunde q̄ ex
 imitatione gloriā, quæ de rebus præclare gestis exurgit,
 eamq; cōmitatur ut umbra corpus, sibi ipsis quasi uisse.
 Ac potius uel intenta cōtentione aduersatos prioribus
 uel adnixos longo eos interuallo præterire, non sequi.
 Qui enim asseda cupit semper esse, primum sibi nunq;
 uendicabit locum. Ad quē uidetur uel naturæ propen-
 sio, uel nescio qua certe ambitio totis uiribus anhelare.

At imi

At imitatus dicitur Homerus Orpheum adeo, ut carmen quod hic poemati de Cerere composito præstitit, in Iliade duobus tantum nominibus exceptis oculatissimus cæcus ille transtulerit. nullus tamen inde honor est Homero partus: sed quoniã sonora magis grandiorique tuba res Troianas cecinit, multa illum & unde quaque est gloria consequuta. Obfuit magis quàm profuit imitatio Vergilio, quoniam præclarissimo uati, & quod ad iudicium Poeticum pertinet, omnium omnino præstantissimo. nihil ferè magis uitio uerti solet, quàm imitatio nimia ueterum poetarum. à quo tamen uitio longe illum abfuisse censeo: neque enim omnem aliorum imitatus est partes: suos ipse habet numeros, propria tenet lineameta, dispositionemq; in primis peculiarem & maxime propriam (ut alia taceam) quæ non sunt ei communia cum cæteris: æmulator ueterum uerius quàm imitator. & quanquàm mutuo si non furto quædam hinc inde quasi signa ueterum atque toreumata carpsit ad ornanda suorum poematum ædificia: proprijs tamen illa sunt ornamenti magis conspicua, atque omnino magis illustria. Cicero quoque neuti quàm Demosthenem, quod multis creditur, enixius est imitatus: plerisque sanè in rebus æmulatus suum retinuit filium & instituta dicendi. T. Liuius Salustio clarissimo historiarum scriptori palmam uel æquam habuit, uel præripuit, diuersam tamen cucurrit uiam ipsi consequente gratia. Debita quoque laude nec Cornelius.

nelius, nec Curtius caruere, & primis illis & alter alteri
 dissimiles. Quod si Græcam tractes historiam, quæ
 maior quàm inter Herodotum & Atheniensem il-
 lum cum ducem, tum scriptorem rerum à se gestarū, dif-
 ferentia stili? utriusq; tamen laudes amplissimæ. Ad
 philosophos si deueniamus Græcos: Aristotelis elo-
 quētia magnopere celebrata est cum Græcis, tum Lati-
 nis qui Græce sciunt: Platonis uero nunquàm satis lau-
 data, cum tamē illius stilius huius sit graphio dissimilli-
 mus, nec etiam Atticæ similis Musæ, quāquàm celebra-
 tissimæ: & Platonis planè dissimili cum scribendi ordi-
 ne tum uerbis, quibus hic ipse Xenophon κοινωτε, Plato
 aut̄ καλοῖς (ut Græci dicūt autores) utebatur. Nō defuit au-
 tem Aristoteli facultas imitandi, eum præsertim, cuius
 auditorij limen uiginti annos frequentissime contriue-
 rat. Non defuit eruditio, non iudiciū: maluit tamen suo
 in calle præcedere, quàm in lata aliorum uia uel secun-
 dus esse uel tertius. Inter Latinos uero Ciceronē & Var-
 ronem quæ nam quæso loquēdi differentia? neq; enim
 hunc ille quanquàm undecunq; doctissimum, aut stilo
 imitatus est, aut ordine rerum scribendarum, & modo:
 Antiqui enim illi præclarissimi uiri nunquàm aliquorū
 imitationi studebant ita, ut in eorum uerba, membra,
 circuitus iurarent, quasi semper infantes, quasi alitibus
 postponendi, quibus à parētibus extrā nidum eductis
 satis est si ter uel quater uolanteis illos aspexerint. Car-
 pebant

pebant ex unoquoque, quantum satis esse uidebatur ad phrasim uel constituendam, uel ornandam: quæ tamen essent uel propriæ cognata naturæ, uel accõmoda materiæ quæ tractaretur. sic & Celsus & Columella clari, nitidi, pressi & elegantes: in altero tamen egregia mundicies, in altero flosculi fortasse crebriores. imitatio nem in illis nihilominus uel nullã, uel certe paruam es deprehensurus: geniũ propensionẽq; naturæ eorũ quisq; sequebatur. Et si enim homo omnium maxime uim obtinet imitandi, ut hinc & multa & uaria discere possit, quod scribit Aristoteles in Problematibus: eaq; de causa Poeticam homini naturalem esse, primo quem ea de facultate libro scripsit, est aperte testatus: proprium tamen & congenitum instinctum & propensionem animi nactus est ab ipso ortu, quam frangere & aliorum uertere est ipsam planè uiolare naturam. Ita q; cum nostro in animo Idea quædam & tãq; radix insit aliqua, cuius ui ad quodpiam muneris obeũdum animamur, & tanq; ducimur manu, atq; ab alijs quibusdam abducimur: colere illã potius quàm incidere, amplecti quàm abalienare operæ precium est. nihil enim nostræ consulens, felicitati, aut à uirtute alienum, aut noxium nobis impertijt ipsa natura. Ideam igitur ut aliarum uirtutũ, ita & recte loquendi subministrat, eiusq; pulchritudinis affingit animo simulachrum: ad quod respicientes identidem & aliena iudicemus & nostra. Neq; enim eã quisquã adhuc perfecte attigit, ut hac in re illud etiã

h possit

» possit dicier, Nihil omni ex parte beatum. quando qui-
 » dem non uni tantum, sed omnibus & uniuersis distri-
 » buit præclara sua munera: ut ex ipsa uarietate totius
 » uniuersi pulchritudo cõstituatur. An putas frustra pru-
 dentem illum pictorem censuisse omnia se uno in fœ-
 mineo corpore reperire non posse ad uenustatem? &
 incassum putas prudentissimum oratorem eius indu-
 striam secutum, longe etiam illũ præterisse iudicio? qui
 ut imaginem illam pulcherrimi eloquentiæ corporis ef-
 fingeret, omneis delegit uiros faciãdia præstantes: cum
 ille quinque solũ Crotoniãtas selegisset uirgines pulchri-
 tudine celebratas: nec satis illis fidens, formã ipsam seu
 speciem absolutam eloquentiæ, nulli prorsus addictam
 sola imitatione dignam existimarit. imitari itaq; eam
 debemus, quam animo scilicet gerimus dicẽdi perfectã
 facultatem: qua & aliorum & nostra cum errata in obe-
 undo loquendi munere, tum uirtutes etiam metiamur:
 siue ea ipsa penitus innata sit idea, atq; ab ipsa origine
 perfecta, siue tempore procedente multorum autorum
 lectione cõsumata. Ea fiebat ut M. Ciceronis aures sem-
 per Demosthenes nõ impleret. Ea ipsa Patauinitatem
 in Liuiio causabatur Asinius. Ipsa eadẽ & Brutus elum-
 bem Ciceronem, quanq; amicũ præcipuũ iudicabat:
 Alij Asianum, tumidum, redundantem, nimium uiro
 molliorem. qua etiam factũ opinor, ut nec aliquẽ unũ
 scrupulosius imitandum uel Celsus, uel Fabius præcepe-
 rint. neq; etiam ipsi fuerant Ciceronem, quem maxime
 laudãt

laudāt, imitati. Quid enim causæ fuit, ut tot illos uarijs non solum in rebus, sed una eademq; in facultate diuersos dicēdi artifices posuerint in mediū? nisi ut uel ab hoc uel ab illo quod placeret magis, decerperemus: siue impulsu acti naturæ, siue iudicio. Nam qui non ita censent, illud oro dissoluant: cur ij qui Ciceronem tam laudant, quàm qui maxime, illū ipsū tamen nō sunt imitati stilo scilicet & figura dicendi? An id scilicet non potuerunt Celsus, Cæcilius, Plinius, Fabius, alij Ciceronis sæculo proximi: cum restarēt adhuc tanquàm reliquæ & inuiolatæ illæ quidem puri Romaniq; sermonis, ipsamq; Latinitatem sugerent cum lacte nutricum? An ignorarūt imitandum esse magno scilicet & excellēti ingenio uiri, qui & alijs de imitatione præcipiebant? Dicendum potius uidetur eos noluisse: ne si uoluissent quod nō potuerāt afferamus: uel tacito nos eorum opponamus gloriæ, qui quod illi non potuere uiri clarissimi, nos ipsi uel obtinuerimus, uel speremus. Dicitur est fortasse quæpiam, eos qui magis nobis placent, esse magis imitandos: quod ego quidem non condemnarim: placeat præ alijs Plato, placeat Cicero, non opinione solum, sed stilo Platonico: eos sequamur. Nam quanquàm sua est cuiq; propria facies animi, sicut & corporis: ut duos omnino similes non facile sit inuenire: minor tamē in animo nostro cū aliquibus præ alijs est dissimilitudo. atq; per hoc facilius erit nobis, uti similes euadamus. memi-

nerimus tamen nos simias non esse oportere, quæ dete-
 riora sibi deligunt ad imitandum. Sunt enim qui ne-
 uos, qui cicatrices, qui maciem, qui excrementa etiam ef-
 fingere uelint, uel nulla uel minima ratione habita & la-
 certorum, & uiuidi roboris, & gratiæ. Ab ijs nõ dissimi-
 les, quibus magna est cura, ut rara quæpiam uocabula,
 quæ forte aut Ciceroni exciderunt multa scribenti, aut
 uitio temporum fuere in eius libros introducta, adeo
 ut si ab inferis excitaretur, à se prompta negaret, gestien-
 tes surripiant: uel etiam quæ manicipes librarij integra-
 tem lectionis dum passim corrumpunt edidere, ipsi ob-
 seruent magna cum diligentia. Superfluum præterea
 uanumq; existimari debet, si ad omnem Rhetoricam
 portionē imitatio adhibeatur. Inuentio enim tū lauda-
 tur magis, cū genuina est magis, & libera: exploditq; so-
 let quæ erepticia iudicat, nedū accersita. Vnde nā quæ-
 so illud, Furem non poëtam fabulam dedisse? An etiā
 aliunde prodijt, ut illi omnes damnarentur, qui dū Mu-
 sarum & Apollinis haberentur ludi, aliorum imitatio-
 ne sibi quæsiuissent unde probarētur: & soli relata sit à
 Criticis palma, qui ex sese & ex ppria penu eruditi pm-
 pferat opsonium animi: tamen si eo non ita conuiuariū
 gustus oblectaretur? Dispositio uero sequitur inuentio-
 nem: ita, ut hic qualis fuerit, talem quo rite disponatur
 ordinem expetat: ne id quod effingis, quasi intellectile
 corpus orationis, aut uasta nimis, aut pusillanimis, aut
 omnino

omnino præpostera, membra deforment. Tua autem
 hic ut sit, necessarium dubio procul omni futurum arbi-
 tramur: eoq; maiori tibi fuerit adnitendum diligentia,
 à te ipso uidelicet non ab alijs petenda: quo maioribus
 ingenij uiribus in ea perficienda opus est: si Plinio ma-
 xime crediderimus, affirmanti & barbaros etiam inue-
 nire magnifice & enunciare: recte uero disponere & fi-
 gurare, non nisi eruditis concessum esse. Elocutio uero
 num & ipsa sequitur inuentionē: quando diuersam ad
 materiam diuersa phrasis adhibenda est. Num & ipsa
 quoq; dispositionem comitatur: huic enim alia, illi alia
 tribuenda est: ita ut à te ipso omnis tandē pendeat ora-
 tio. Nam de memoria & pronunciatione tacendum pu-
 to, quando earum neutra chartis mandetur: & alteram
 nulla ex imitatione tibi compares: sed ex matris (ut in-
 quit Lucillius) bulga tecum feras: ut autem hinc exercita-
 tione perfici solet: ita exempla maiorum alijs partibus
 quæ referri literarum monumentis queunt, opem ferre
 non mediocrem iure affirmauerim. Poteris enim inuen-
 tionem quapiam de re ab alijs traditā, uel æmulari, uel
 superare: poteris disponere melius, eloqui etiam orna-
 tius. Neq; enim quasi uetula mulier, suis est uiribus pa-
 rens effecta natura, ut nostro scilicet hoc sæculo quasi ni-
 mio partu lassata defecerit. Nec deus optimus maxi-
 mus nostræ ætati non est largitus ingenia, utinam tam
 bene excolerentur, quàm bona sunt ædita: & non inani

» bus nugis ac fabulis, quasi glande & siliquis edendis de
 » dita, sua alimonia fraudaretur. Ita enim macerata sunt
 » nonnulla, & quasi tabe consumpta: alioqui suapte natu
 » ra formosa, ut simulacri & euanidæ umbræ magis quæ ui
 » ui animi effigiem præferant. Crescunt (ut mea fert opi
 » nio) uerius quæ decrescant ingenia. Multa enim quæ ad re
 » rum spectant notitiam, & nostrum sæculum, & huic pro
 » xima nouere, quæ docta illa ignorauit antiquitas. Lin
 » gua certe ueteribus illis cum Græca tum latina quasi na
 » tiua adfuit: quæ ab eorum libris petere nos oportet: quibus
 » maior ea de re fit legitimæ laudis accessio. Illi enim uel no
 » lentes & in Hellade Græce, & in Italia Latine loquebã
 » tur: nobis Italis qui Latine loquamur, nedum Græce, id
 » nostra est partum & elaboratum industria. inde fiet, æ
 » quum rerum æstimatorem si sortiatur nostra ætas, pos
 » se eos qui nunc mediocriter loquuntur, præcipuis illis &
 » antesignanis iure præferri: qui scilicet inter Gothos, Vã
 » dalos, Hunnosque uersati priscam illam, & tot sæculis ab
 » olitam dicendi rationem aut teneant, aut tenere conen
 » tur imitatione continua: qua etiam in re mira subtilitas
 » & forte nimia. Nam nec cursu solum ueteribus similes,
 » nec gressu uel esse uel uideri uolunt quidam: sed ita ince
 » dere, ut eorum in uestigijs ponant uestigia. At si ueterum
 » maiora uestigia fuerint, ut etiam corpora: num in illis
 » minor pes firmabitur, an labascet, si solum maxime subu
 » dum fuerit: si uero illa nostris minora extiterint, num
 » exclu-

excludētur curiosi pedes, & frustrabuntur uoto: æquū enim uestigium quod omni ex parte quadret, quis inuenirit: ni calceorum fortassis officina quæpiam è Romanis eruta ruinis formulas nobis quasdam subministrauerit. At quot ueterum pedes, tot calcei. Nec ambigas Bembe etiam si antiqua sandalia in absconditis thesauris inuenieris, & aptaueris tibi, te unquam propterea posse à Criticis impetrare, ut antiqua credantur. efficiet hoc inuidia: semper simultas erit in causa, quo ad illam ipsam dies longa præscripserit. Neque enim alia habebuntur quàm noua: hoc est, non absoluta, nec omnibus perfecta numeris: quod quidem in signis euenire persæpe sumus contemplati: quæ & si quando præstantiora fiunt quibusdam, quæ uetustis illis sæculis exculpta fuere, nihilominus cum ut noua circumferuntur, imperfectioribus posthabentur. tantum uana illa mille annorum imago quasi pestis inuasit hominum iudicia. nam si uetera creduntur esse, si etiam spectator est animi dubius, antiqua ne sint an minime, mira laus: nulla insurgit censura rigidior. at si compertum fuerit recenter ædita, prodaturq; etiam nomen opificis: tū mille Aristarchi, tum & sibila quādoq; erit audire. tum nō tertius modo cadet de celo Cato, sed & Timon atque etiam Momus exurget ab inferis. Nouimus hominem scripsisse epistolas sub Ciceronis nomine: quæ non laudi solū, uerū etiā admirationi maximæ fuerint: eū dēq; ipsum epi

ipsum epistolis Ciceronis suū adscripsisse nomen, dem-
 ptis tantūmodo ijs uocabulis quæ prodere fallaciā pos-
 sent. Es ne Bembe crediturus, quod illæ ipsæ Ciceronis
 epistolæ & rubras cæras, & uirgulas, & asteriscos, & obe-
 los, & sexcæras censorias notas ppeti quiuerint nouæ in-
 scriptiōis causa: quæ tamē antea sub ueteri titulo fuerāt
 nūcꝫ satis laudatæ & celebratæ. Incaſsum igiſ ſategerat
 ille prioribus in epistolis dum uerba rimabatur, dū cæ-
 ſa metiebatur & membra, dum circuitus deligebat, dū
 numeros mandabat memoriæ, dum obseruabat linea-
 mēta: ut quæ scribebat, Ciceronis esse uiderentur. pote-
 rat enim paruo impendio & labore id præſtare titulus,
 & auferre. Sed illud quoqꝫ ad nimiam auiditatem imi-
 tationis compescendam facere potest: quod mediocris
 etiam autoris scribendi genus, nedū Ciceronis, nō imi-
 tabile uidetur omni ex parte: ſi quæ de complexu illarū
 muneris loquendi partium ſupra diximus, ad memo-
 riam reuocentur. Vbi enim inuentio, quæ quaſi mate-
 ria orationis eſt, eadē nō habet: nec forma, nec quæ illā
 nexu inſeperabili ſequitur diſpoſitio eadē prorsus habe-
 bitur. ſi autem ſimilis, quoquo modo: ſi diſſimilis, nullo
 pacto conueniet. Quorum autem quencꝫ reperias, etiā
 ſi adcerſas Aefopi gracculum penniſ ornatum alieniſ:
 qui quæ aliorum ſunt propria, eadem prorsus & impu-
 denter cogitet expromere, & impudentius diſponat, &
 effutiat impudentiſſime: ſed fac eadē eſſe omnia: mox
 dim oue

dimoue lineamenta, uerte membrum, uaria numerum, tolle circuitum, omnem orationis integritatē sustulisti: adeo constant illa coagmenta nexis omnibus, quæ sibi propria peculiariq; adsciscit: ut ex illis ipsis eisdemq; solis, non alienis, non mixtis, nō permutatis, cōfletur atq; dissultet. Huc accedit scripti genus uarium, quod uariā quoq; sibi uēdicat phrasin: Ciceronis enim Orationes, libri De oratore ad Quintū fratrem, De claris oratoribus, & alij pleriq; magno eloquētiae inundantur flumine, si nō potius Oceano: sed ille ipse tam uastus fluuius uix irrigat Rhetoricos libros: & eos qui de uniuersitate, & de fato inscribuntur: idemq; ipse uix stillat in Topicis. Mutatur quoq; atate mutata: & ab eodem Cicero ne dicta est canescere oratio: quæ alia itidem est dū monet, alia dum respōdet: diuersa quoque dum deprecatur, dum interpretatur, dum inuehitur. Varia item pro uarijs animi affectibus, & sæpe corporis, nedum rebus: quæ ipso sunt explicanda sermone. Hunc igitur unum dices imitandum, quem natura produxerit, ut in eo suas uires omnis experiretur eloquētia: eoque fieri ut miscere, cum ipse sit etiam uarius, ipsum Cicero nis filium queas: & quaq; de re quæ tibi dicenda tractādaq; fuerit, possis ipsius more, & (ut sic dixerim) Ciceroniane loqui. At forte ueritas esset in connexo, ni duo illud aperte distraherent. Primum, quod propterea quispiam non esset Cicero ni similis. Huius enim uerba etiā

i si loca

si loca mutant, erunt tamē uerba Ciceronis, nō autē Cice-
 ronis ea cōstructio, quā ipse nō struxerit: Sed tanquā ex
 lapidibus illius alius murum cōfecerit. Cui si quidpiam
 alienæ calcis & intriti misceatur: ne uero misceat fieri ne
 quaquā poterit: sed & si lapidē lapidī iunxerit hærentius
 aut minus nimioe plus in dolio mersauerit, nequaquā
 Tullianus paries ille futurus est. Alterū est quod tacito
 uideris existimare, ut cæteri autores legitimi nō sint na-
 turæ partus: sed tanquā abortiuū: ac ut cū eis prædare aga-
 tur, ueluti octimestres infantes habēdi. Si ita reris, si ita
 censes, dabitur prouocatio ad eloquentiæ magistros anti-
 quos illos quidē & probatissimos: ipsum etiam appella-
 bo Ciceronē: proposuerūt enim non unū quēpiam, sed
 multos imitandos: nec id satis ad ipsam ideam filū esse
 dirigendū præceperūt. Nū igitur mihi quæso licebit, nū
 & expediet uim Demosthenis, quāquā eam expressisse Ci-
 cero dicitur, in ipso potius Demosthene, ubi inesse illā
 nō ambigitur, & demirari & imitari? Sic & copiam Pla-
 tonis, & iucunditatē Isocratis, à fonte puro, non à decur-
 rentibus riuis, ubi ipsa miscetur eloquentiæ lymphā, cōbi-
 bere. Adde quod alio hic, alio ille caractere delectabi-
 tur, & alia afficiet figura dicēdi: ut nec frustra nec incon-
 sulto uarios eiusdē rei dicendæ modos, quæ christi dici
 solent ueteres illi qui eloquentiæ tradidere præcepta, ex-
 cogitauerint. Nec nequicquā habuerunt diuersa genera
 dicendi, probari diuersitate uidelicet iudiciorū, à diuer-
 sa humani

Sa humani temperamenti proprietate manantiū. Hinc
 amplum & Augustum dicendi genus: hinc exile & te-
 nue: hinc ex utroq; permixtū: in quibus qui excelluerint
 diuersi, diuersam quoq; sibi gloriam parauerunt. Hinc
 & siccum & nudum: hinc succulentum, & uario eruditio-
 nis colore uestitum. & hæc omnia introducta sunt duce
 natura. Erit enim ille suo pte ingenio Laconicæ breuita-
 tis amator: alius Asiaticæ fertilitatis auidus: hic Atticæ
 illius & aureæ mediocritatis æstuabit desyderio: Rho-
 dio ille temperamento delectabitur. tot sunt uariæ ani-
 mi uoluptates: ut etiam de numeris terminandæ clausu-
 læ & pedibus multa sit inter antiquos, atq; inter Aristo-
 telē & Ciceronē orta dissensio. Induebant animū illi ua-
 rijs habitibus, ceu ipsis quoq; uestimētis induimus cor-
 pora. Atq; ut in his nō secus in illis uaria materies, ua-
 riæ figuræ, uarijꝑ colores & placebāt olīm, & nūc etiam
 placēt. sunt em̄ nostra tēpestare plurimi qui pāno uesti-
 antē libēter, qui sit cōtextus ex lato illo Ciceronis stami-
 ne, & p̄sso Plinij subtegmīne. Admittūt etiā tramā Cel-
 si, & Columellæ. alij q̄a frigus fortasse metuūt, conāt̄ ut
 euoluāt scrinia Carmētæ, unde peplū surripiāt aptandū
 sibi: Nec eo cōtēti, uetustos illos & cariosos Romanorū
 augurū & Martiorū fratrū cophinos adeūt. atq; cū re-
 sciuerint Catonē & Enniū ditasse patriā, in eorū etiā su-
 p̄p̄lectilē prædabūdi & populabūdi penitus irruūt. nec
 desunt qui Asinum cū existimēt bellum animal & au-
 reum,

reum, de illius pilis sibi lacernam conficiant. Qui uero ab alienati sensus hæc signa ducerent, artis medicæ regulis freti, audiant Hippocratem ætati, tempori, consuetudini quidpiam dandū esse præcipientē. Sed ut in summa dicam: ut uarij sunt autores, & in suo quicq; genere probati: uaria quoq; hūani animi propensio, atq; adeo diuersæ in eadem etiam facultate ideæ speciesue dicēdi, Lata, Pressa, Mediocris, Austera, Dulcis, diuersaq; q̄si fila diuersæ texendæ apta orationi: quibus de rebus apud probatos autores cum alios, tum maxime Dionysium & Hermogenem præcepta dantur, ad unam hæc omnia, quam in mente gerimus ideam referenda sunt: & habenda est in consilio ratio, mixtioq; paranda talis: ut una ex omnibus quæ nulla sit illarū: sed p̄fectissima tamen illa quidē quoad fieri possit, & cōfletur & coalescat oratio, tantum abest ut quispiā unus usq; quaq; sit imitandus: quasi ille Deo præstaret opt. max. qui nobis usq; quaq; imitandus non proponit: neq; enim potentiam eius possumus: nec sapientiam aut debemus, aut possumus omnino imitari: sed quam ille uoluit ex sole illo intellectili nostris mentibus. illucescere, eam ipsam excolere operæ precium est: ad ipsius dei manifestandam gloriam: ad accendendum nostris in pectoribus amore diuinæ bonitatis: quæ quidē nobis, quoad uires nostræ queunt efficere, proponitur imitanda amore intentissimo, & officijs, qui de illo prodeunt: quibus
& boni

& boni ipsi efficiuntur: & umbratilis huius uitæ peracto cursu, omnino felices. Hæc habui ad præsens Bembæ de imitatione quæ dicerem, sex (ni coniectura fallor) aut septem horarum spatio, eoque interrupto, ac sine libris, stilo & memoria usi, quicquid sese obtulit, arripuimus atque compegimus. Scis enim me more tabellarij mutatis etiam ad celeritatem iumentis hucusque cucurrisse: sed neque inficias iuero, me deprecari culpam, si qua occurrerint errata. Quare si hiulca magis & diuulsa, quam sonora & pressa compositio: si fracta & stridula, quam æquabilis, aut numerosa uidebitur: ueniam præstes oro: sicut & poetica uenæ in ædendis inter expellendam Venerem atque Cupidinè carminibus arescenti nuper, ut arbitror, præstitisti. Qui enim fieri potest, ut præter hæc etiã ab æquo non absoluar iudice, qui inter Theologos atque philosophos nostrates istos recentiores mente quidem plusquam subtiles, sed rubiginosa & plusquam barbara lingua diutissime uersatus, ad mansuetiora studia, ad Rhetorica delinimenta, numerosque poeticos interdum quodam quasi postliminio reuertor? Quibus in numeris & exculta illa phrasi, à priscis illis ducta temporibus: si nostro hoc sæculo inter eos qui nunc uiuunt, & nobis noti sunt, ipse tibi palmam non uendicasti (quod ego nequaquam obstinate negauerim) propior tamen aut es, aut iam breui es futurus primo quam tertio. Vale. Romæ, tertio decimo Cal. Octobr. M. D. XII.

IOANNI FRAN-

CISCO PICO MIRANDVLAE

PETRVS BEMVVS. S. P. D.



RECTE atq; amanter factū abs te est, quod eius sermonis tuas partes, quem unā de imitandi ratione nuper habueramus, etiā tuis ad me perhumaniter scriptis literis perferri uoluisti. Quācūq; enim propter eximiam tuam in omni genere doctrinarum præstantiam, & meum summum erga te amorem, singula tua dicta inhærescere penitus in sensibus cōsueuerint atq; memoria mea: tamen ea ipsa prodita literis & stabilius atq; diutius permanent, & facilius repetuntur. Tum accidere etiā illud solet, ut ea quæ chartis mandantur, pleniora uberioraq; sint, cū quæ homines inter se colloquuntur. Addit enim semper aliquid stilus & scribendi mora, crescitq; cogitatione ipsa oratio. Itaq; sermo ille tuus, qui me mirifice delectabat, cū te loquentē audiebam: idem perlectus in tuis literis mihi sanè multo iocundissimus fuit. Quibus omnino literis quoniam me amantissime prouocas, respondebo non tam quidē aduersandi tibi studio, quàm tuendi mei: neq; tam repellendæ tuæ sententiæ causa, cū ut quæ me rationes impulerunt, ut eos laudarem: qui quidem quem scirent in eo scribendi

eo scribendi genere, in quo sibi elaborandum esse duxif-
 sent, excellere ac præstare cæteris: illū sibi unū ad imitan-
 dum proponerēt: eas tu rationes cognosceres, quas tibi
 coram explicandi mihi sanè otium non fuit. Sed anteq̃
 illò ueniam: peto abs te: quoniā in initio literarum tuarū
 ita scribis, uideri tibi imitandos esse omneis bonos: cur
 in reliquis earum ipsarum literarū partibus, eos qui ali-
 quādo imitati sunt, uniuersos uituperes: laudes nullū?
 hoc si te propterea dices facere: quia malos quidem ha-
 beas, quos reprehendas: bonos quos ornes, nō habeas.
 Primū id quidē uerisimile nō est: imitandi artē esse ali-
 quā, quæ laudabilis sit: ea uero arte qui sit recte usus, ne-
 minem unum inueniri: præsertim in rāta imitatorū fre-
 quētia, quātā necesse est & esse nūc, & fuisse antea omni
 tēpore, & deinceps semp̃ futurā. Imitādi enim uim, atq̃
 sensum ac æmulatione quadā mixtā cupiditatē natura
 omnibus hominibus tribuit: quæ sedari & cōprimi ra-
 tione quidē potest, euelli prorsus extirpariq̃ nō potest.
 Deinde si tibi concedatur, imitatū fuisse recte neminē:
 uideo enim tibi etiā Maronē ipsum bonum imitatorē
 non uideri: cur eam probas artem, in qua tametsi innu-
 merabilia se clarissima ingenia exercuerint: laudem ta-
 men boni artificis, atq̃ nomen tuo iudicio nullum est
 eorum consequutum: ac planè cur non potius ad eo-
 rum te sententiam contulisti, qui affirmauerunt imitari
 nō oportere: damnauerūtq̃ quicūq̃ id facerent, & quo
 quo modo

quo modo? Aequius enim fuerat uel in illos te non in-
 uehi, quorum artem antea probauiffes: uel eam artem
 nõ probare, cuius amanteis & studiosos homines tãto-
 pere fueras, tamq; multis uerbis improbaturus. Nã id
 quidẽ (quæ tua est in scribẽdo uis ac eloquẽtia) facillime
 assequeris, ut illos acriter ac uehemẽter infectere. Quã
 tu sententiam si esses sequutus: & tibi campum liberio-
 rem disputandi patefeciffes: & mihi laborem respondẽ
 di tuis litteris non attuliffes. Reieciffem enim te ad Pau-
 li Cortesij epistolam, bellam illam quidem, & cum argu-
 tulam, tum etiam grauem: qua is Politiani uicini sui do-
 cti mehercule, ac ingeniosi hominis: sed (ut mihi quidẽ
 uidetur) non multum prudẽtis, leuitatem fregit: qui pro-
 fecto Ciceronianam illam scribendi rationem atq; for-
 mam, à qua longiuscule abfuit, sese assequi nullo modo
 posse cum uideret: ad eos damnãdos, qui sibi illum ex-
 primẽdum sumpliffent, quiq; omnino stilum imitatio-
 ne aliqua colerent, se conuertit. Itaq; Paulus docte sanè
 ac prudenter illius dissimulationem reiiciens, tibi etiam
 satis facere potuiffet, si cum illo sensiffes. Nunc autem
 cum affirmes imitandum quidem esse uerum non unũ
 aliquem, sed omnes bonos: hoc quemadmodum accipi
 as nõ intelligo. Nã si omẽs ij, qui aliquo uno in genere
 boni scribẽdi magistri sunt habiti, pares inter se stili no-
 bilitate, scriptorumq; elegantia extitiffent: concedi tibi
 fortasse poterat id quod dicis, non uni eorum operam
 à nobis

à nobis esse dandam, sed planè omnibus. Nūc uero cū
 uniuscuiusque ratio uel ingenij, uel artificij uniuscu-
 iusq; cū ingenio tum artificio dispar esse dissimillimāq;
 reperiatur: sitq; alius alio præstātor: quid esse causæ po-
 test: quin si melioribus operam dederimus: eos, qui mi-
 nus boni sunt, negligamus? An si inter illos quicumq;
 boni dicuntur esse, unus est omnium longe optimus lō-
 gēq; præstantissimus: ut quæ singula insunt in cæteris,
 ea uniuersa in uno illo splendidiora etiam ornatiōraq;
 conspiciantur: eum unum multo omnium maximum
 atq; summū recte imitati cum fuerimus: nisi illos etiā,
 qui boni mediocriter habentur, imitabimur, nihil profi-
 ciemus? quasi necesse sit: qui Apellis more pingere didi-
 cerit: cuius artē reliqui pīctores admirati, primas ei par-
 tes sine controuersia tribuerunt: illum etiam Polygnoti
 & Thymentis tabulas, à quibus doceretur, adhibuisse:
 Aut eum, qui Lysippi excellens ac prædarum fingēdis
 imaginibus artificium expresserit, Calamidis signa rigi-
 da, uel etiam magis rigida Canachi fuisse cōtemplatū.
 Atq; illi artifices cum Alexandri uultum imitari suis ar-
 tibus cuperent: neminem alium intuebantur: mentem
 in eum unum suam atq; oculos intendebant. Nos, qui
 eius scripti simulacrum, quod sit pulcherrimū & perfe-
 ctissimum nobis proponere debemus: in quo effingen-
 do studium & diligentiam adhibeamus. cum illud ante
 oculos habeamus: ad eorum etiam, quæ non ita pul-
 k chra sunt,

chra sunt, exprimendas imagines curam atque ani-
 mum traducemus: Mihi quidem falli Pice uideatur, qui
 » sic existimat: neq; enim ita formati à Dijs immortali-
 » bus sumus, ut cū suppeditare nobis ea, quæ prima sunt,
 » ualeamus, sectemur quæ secunda sunt: multo minus
 » quæ sunt infra secunda. Animus enim noster summū
 » quiddam semper atq; altissimum suspicit. Itaq; ut dixi,
 ualde miror te non ita potius sensisse, ut alterum eorū
 statueres: uel omnino imitari non oportere: uel si imitā
 dū quidē esse duceres: non ad ea quæcūq; bona essent,
 sed ad illa tantummodo quæ optima, quæq; perfectissi-
 ma haberentur, imitationis esse nostræ omnes neruos,
 intendendos. Nam de Ideis quod scribis, difficile qui-
 » dē est tibi homini doctissimo, & in omniū philosopho-
 » rum disciplinis & scholis, multa cū laude atq; gloria diu-
 uersato, aliquid affirmanti non credere: sed quam tu es-
 se in animo tuo insitam, atq; à natura traditam scriben-
 di Ideam atq; formā sentias, de eo ipse uideris. De meo
 quidem animo tantum tibi affirmare possum: nullam
 me in eo stili formam, nullum dictandi simulacrum an-
 tea inspexisse, q̄ mihi ipse mente & cogitatione legen-
 dis ueterum libris, multorū annorum spatio, multis la-
 boribus, ac longo usu exercitationeq; confecerim: ad
 quod nunc, cum aliquid scribendum est, me cōuerto: ui-
 deoq; quasi oculis, sic cogitatione, quæ conficiendo scri-
 pto opus sunt, unde sumam. Ante autem, q̄ in ijs, quas
 dico co-

dico cogitationibus magnopere essem uersatus, inspicebam quidem in animum meum nihilo sanè minus: quærebamq; tanq; à speculo effigiem aliquam, à qua mihi sumerem conficeremq; quod uolebam. Sed nulla inerat in eo effigies, nihil se mihi offerrebat, nihil cōspicebam. Itaq; si quid calamo uterer, si quid molirer: non lege, non iudicio quo uolebam, sed temere inconstanterq; ferebar: nulla me earum, quas commemoras, Idea speciesq; moderabatur. Neq; uero sum nescius: te id cū diceres, de Platoniorum sententia dicere: qui quæ prima, quæq; præstantia in natura rerum sunt, uel esse aliquo modo possunt, ad diuinas illas imagines speciesq; referebant. Ac ego quidem sic existimo in ipso mundi ac rerum omnium autore & effectore deo, ut iusticiæ, ut temperantiæ, ut aliarum uirtutum: sic etiam recte scribendi speciem quandam diuinam illam quidem, & cui nihil desit, atq; omnino beatissimam existere: ad quam & Xenophon & Demosthenes, & ipse imprimis Plato, tum & Crassus & Antonius & Iulius, & maxime omnium Cicero, cum dictarent aliquid & scriberent, quantum consequi cogitatione poterant, respiciebant: atque ad illius quam animo conceperant imaginem, stilum mentemque dirigebant. Idemque nobis faciendum arbitror: conandumque modis omnibus, ut ad eius formæ simulacrum scriptis nostris, quoad fieri potest, quam rectissima, quamque proxime acceda-

k 2 mus. Quod

mūs. Quod si in animis etiam nostris Ideæ illæ in fi-
 dent, quas dicis, singulæ in singulis: tum diuersæ inter se
 atque uariæ: prout illas à natura ipsa ego pro mea, tu
 pro tua, pro sua quisq; animi corporisque temperatio/
 ne initio nascendi est sortitus: ab ijs si cura diligentiaq;
 nostra stilum flectere in quâcunq; uolumus partem no-
 bis licet: cur non tu eum unum, qui sit omnium maxi-
 mus atq; sūmus, imitari nos tantūmodo statuis opor-
 tere? si nō licet, cur omnes bonos? Nam & inuidiosum
 quidem est, quod homines possunt assequi aliquo in
 genere optimum, id omnibus nō proponere: & super-
 uacuum omneis illis bonos imitandos esse dicere, qui-
 bus animum à sua scribendi specie atq; forma: quam à
 natura traditam possident: facultas reuocandi non est
 data. Sin uero, quod est tertium atq; ultimum, in quo-
 rundam animis Ideæ illæ atq; species eiusmodi insunt:
 ut si quis studium adhibeat, uerti atq; inflecti facile pos-
 sint: in quorundam autē eiusmodi, ut nullo modo pos-
 sint: eodem tamen decidas, eodem labare necesse est. nā
 neq; ij, quibus negatum est aliquò progredi, ad ullum
 imitationis genus inuitandi sunt, neq; non ad optimū:
 qui quo libuerit, si uolent progredientur, sunt incitan-
 di. In alteris de facultate ne quid detrahatur, adhiben-
 da cura est: ab alteris, ut inepti esse desinant, non est re-
 quirendum. Ac ego illis nec imitandum esse quencq; sta-
 tuo: nec uero ullo in genere quicq; conandum, qui pra-
 uo, qui

do, qui tenui, qui inertī ingenio sunt, qui durā atq; im-
 placabilem naturæ suæ quasi faciem præferunt. Scri-
 bant ij mihi libros, nec ne: uigilent, dormiant, nihil mo-
 ror. Eos uolo, eos alloquor, qui si operā dederint, si ani-
 mo non frangentur, nihil non assequi poterunt: & quo-
 rum ingenia, si excolantur, fructus uberes atq; magnos
 ferent. Neq; illud me mouet, quod existimem, qui ita
 formati sint: ut quibus artibus animū intenderint: quo
 in genere scribendi elaborauerint: sua illos spes non sit
 frustratura esse non multissimos. Neq; enim aut Cice-
 ronem à scribendo deterruit pulcherrimos illos De ora-
 tore libros: quod qualem in ijs statuerit oratorem esse
 oportere, talem fortasse neq; legerit ipse unq̃, neq; au-
 diuerit. Aut Plato Reip. suæ leges propterea nō perscri-
 psit: quod eas ab usu atq; consuetudine gentiū longius
 abesse arbitraretur, q̃ quibus ullos populos, ullam ciui-
 tatem esse usuram cōsideret. Qui enim artem aliquam
 recte præcipiunt: nō id cogitant, ut omnes assequi eam
 possint: sed id potius, ut qui potest, ita assequatur, ut ni-
 hil possit esse eo in genere præstantius. Quicquid autē
 est eiusmodi, qui præstanti ingenio non sit, aggredi for-
 tasse potest: assequi atq; perficere nequa q̃ potest. Itaq;
 mediocritatem ingeniorum reiiciunt: nihil enim medio-
 cre idem atq; præstans est: quod cum sit, pusillū ad nu-
 merum res redigatur necesse est. Præstantia enim quæ
 sunt, eadem perrara esse cōsueuerūt: rariorāq; quo præ-

stantiora. Præstantium autem rerum paucitas, mediocrium multitudini, non modo non posthabenda, sed longe etiam anteponenda est. Placetq; Nautæ ille mihi Virgilianus, qui Aeneam admonet, quo in Italiam transmittere facilius possit: quicquid inualidum ac metuens periculi est, esse reiiciendum: quod cum esset factum, Poëta statim intulit:

Exigui numero, sed bello uiuida uirtus.

Ex quo apparet: Poëtarum sapientissimum non uirtutem modo in illis, quos commemorat, requisuisse, sed etiam uiuidam, hoc est præstantem. Quanquam quidem non ego ulla simulacra, quæ nusquam sint, quæque uix animo percipi possint: quemadmodum illi duo, quos dico, fecerunt: nostris hominibus ad imitandum propono: cum eum unum, qui sit omnium optimus atq; præstantissimus, illis propono. Quod si facere, nunquam me tamen illorum defendere exemplis. Potest enim quilibet cum oratoriam, ac rerum publicarum ratione atq; modo constituendarum, tum aliarum planè rerum artes & disciplinas ita tradere, ut ad excellentiorem statum atq; formam uelit earum cupidus progredi, quam cuius simulacra oculis cernantur, manibusq; contineantur. Imitatio autem quia in exemplo tota uersatur, ab exemplo petenda est. Id si desit, iam imitatio esse ulla qui potest: nihil est enim aliud totum hoc, quo de agimus, imitari: nisi alieni stili similitudinem transferre in tua scripta: & eadem quasi temperatione scribendi uti,

di uti, qua is est usus, quem tibi ad imitandum proposuisti. Sed redeo ad illud: quod ais, imitandos esse omnes bonos: quæroq; iterum abs te: uelis ne nos ita bonos omnem imitari, ut eorum cuiuslibet uniuersam scribendi rationem exprimamus: an satis habeas, qua quisq; in rationis suæ parte maxime bonus est habitus, eam nos tantummodo ab uno quoque mutuari: atque ita multis ex rationum partibus, quibus rationibus sunt alij permulti usi, unam conficere rationem integram, qua utamur? Vtro modo accipi dogma istud tuum malis, uide. Sed priore uelle te non est existimandū. Quid em̄ esse potest absurdius, quàm quas multi species scribendi atque formas, diuersas illas quidem inter se, multumq; sæpe differētes sunt assequuti: suis eas membris omnibus, suis partibus præditas, una in scribēdi forma ac specie uelle uniuersas exprimi atque contineri: quasi existimes, ex ædificandis unis ædibus multa ædium exempla uariarum imaginum atque operum omni ex parte posse repræsentari. Altero modo si te dices uelle: Primum iam id quidem imitari, non est plurimis ex partibus, quæ stilum singulorum conficiunt, aliquam unam tibi sumere: ut cum id sæpius feceris: sumere autem ex multis potes: stilum inde conficias tuum. Excerptum id quidem potius dicendum est: aut, si libet, etiam mendicare. Ita enim degere homines in uictus mendicitate consueuerunt: ut quæ sibi opus ad

uitam

uitam sunt, non ab uno, sed à multis petant. imitatio autem totam complectitur scriptiōnis alicuius formā, singulas eius partes assequi postulat: in uniuersa stili structura atque corpore uersatur. Neque enim qui Salustianam breuitatem assequutus sit: uerbis autem illam aut obsoletis aut popularibus, structura etiam incōcina conglutinauerit, Salustiū imitari est dicendus. Neque qui Iulij Cæsaris in enarrandis rebus temperantiam expresserit: sermone uero planè rudi in illa exprimēda sit usus: is erit propterea dignus existimandus, quem Cæsaris imitatore[m] uocemus. Totam mihi oportet eius stili faciem exprimat: cuius se imitatore[m] dici uult, quē eo nomine dignum putem. Itaque Cicero cum eius uerbi definitionem traderet: imitationem esse dixit illam, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorū similes in dicendo esse ualeamus. Sunt ne ista Pice Tulliana uerba singula, quæ cōmemoro? Qui autem fieri potest: ut aliquorum similes esse ualeant ij, qui de singulis sumunt quod exprimant: de omnibus, ut nihil assequantur? Deinde, si tibi etiam de uerbo concessero: ambitiose enim tecum agere nihil uolo, Næ tua ista imitandi multos ratio optari potius quàm sperari, fingi quàm teneri, ore dici quàm re perfici facilius potest. Nā neque

» qui eodem tempore imitari plures uult, quicquid ab ullo

» proficiet: distrahit enim mentē atque sensum copia, neque

» hæere animum sinit: cuius autē in nullo hæret animus,

is omnino

is omnino recte conficere nihil potest. Neque qui alium post alium aggreditur: ei quã in uno curam intenderit, nõ in alio sæpe remittere necesse est. Capimur enim plerique omnes nouitate: à qua ita oblectantur quidam, ut etiam illa damnent, à quibus recesserunt. Accedit eodẽ scriptorum diuersitas & dissimilitudo. Itaque dediscenda plerumque sunt ueteres perceptiones: ut nouis perceptionibus curam atque animum adhibeamus. Placet enim in alio cum dignitate quaedã quasi seueritas orationis: hilaritas in alio, comitas, lusus ipsi multũ probantur. Horum cum imitari alterum didicerimus, alterũ doceri aggrediamur. Reijcere multa cogimur eorum, quæ paulo ante summa industria, summo nostro labore sumus consequuti. Quamobrem frangitur studium, debilitatur diligentia, contentio illa nostra ardorque omnis animorum elanguescit atque restringitur: dum huc illuc tantum à fluctibus, sic in exemplorum uarietate iactamur. Postremo quod tu singulas uniuscuiusque bonas partes imitandas esse tantummodo existimas: id si recte considerabis, quo modo assequi possis, non inuenies. Omnibus enim ex partibus uniuscuiusque scriptoris conflatur coalescitque id quod in quoque bonũ atque præstans est: omnes eius uirtutes, & uero etiam uitia, si qua insunt in illo uitia, eam conficiunt. Nam ut hominum uultus, alius morum benignitatẽ, alius alacritatem naturæ, animi alius fortitudinem, alius ingenij fertilitatem, alius maiestatem,

I alius

8. 2
 • alius uenustatem præferunt: eæ autem singulæ indo-
 • les non ex oculorum, aut ex superciliorum solummodo
 • forma: aut oris, aut genarum, aut cæterarum ex aliqua
 • partium qualitate: uerum ex omnibus sui quæq; uultus
 • partibus atq; membris sunt cõstitutæ: ut si quis aliquã
 • pictor imitari coloribus uelit, is singulas eius faciei par-
 • tes, cuius est ipsa indoles, ante exprimere cogat. Ita me
 • hercule in scribendi rationibus insunt eæ, quas lauda-
 • mus, siue uirtutes, siue lumina scriptorum singulorum:
 • quas profecto uirtutes præstare nostris in scriptis mini-
 me possumus: nisi etiam uniuersas illas, quarum sunt i-
 psa lumina, scribendi rationes præstemus. An tu cando-
 rem illum puritatẽq; sermonis, quam in Iulio esse ma-
 ximam atq; mirificam uidemus, imitari te posse existi-
 mabis: nisi & temperamento fueris usus tanto, quanto
 ille maiore usus est, q̃ unq; alius: propterea, quia ipse
 de se scripsit, ne aut odio in scribendo uideretur, aut au-
 piditate ulla duci: & neglectum eundem eloquutionis
 expresseris, qui est ab illo uel necessitate institutus: quo-
 niam plurimis agendis, maximis difficilimisq; rebus oc-
 cupatus, diligentiam in scribendo maiorem adhibere
 non potuit: uel accersitus industria, ne planè crederetur
 potuisse: ut existimarent homines: multo plus illũ gra-
 tiæ scriptis fuisse acquisiturum suis, si plus ei tẽporis ad
 scribẽdum bellicarũ rerum occupatio suppeditauiisset.
 Atque ipse quidem candor nõ ex sese, sed cum ex alijs,

tum ex his duabus præcipue partibus constare mihi uideatur, quas dico. Has si tu duas partes non præstabis, candor iam ille tantopere laudatus nunquam mediis fidius exprimetur: si præstabis: uoles autem etiam Ciceronianam illam maiestatem scribendi assequi, quam omnes laudibus usque ad cælum ferunt: neque hoc quemadmodum optabis, efficies: & illud quod effectum iam erat, perturbabis. Quantum enim addes ad alterum, tantumdem ex altero adimas necesse est. Ita quæ per se atque seiuncta eximia utraque præclaræque habentur, eorum neutrum, si permisces, suam præistinam faciem dignitatemque retinebit. Quod si & candorem Cæsaris, & maiestatem Ciceronis, tum & Salustij breuitatem, & ubertatem Liuij, & nitorem Celsi, & diligentiam Columellæ: si denique quod in unoquoque scriptorum egregiorum proprium esse lumē, tanquam in uultu indoles conspicitur: ea omnia præstanda esse statues scriptis tuis: uereor ne non tam quidem imitari illos uoluisse, quam illudere: neque tam assequi, quam peruertere uideare. Quam tamen si effugies calumniam uoluntatis tuæ: illud certe non euitabis: quin appareat, neminem te illorum non dicam recte assequi, sed etiam effingere mediocriter potuisse. Denique si quis deus id, quod sponte nostra facere nullo modo possumus, te doceret: artem uidelicet quandam nouam ac planè diuinam: qua imitari multos calleres, quemadmodum præcipis: tamē esset uerendum,

supra

l 2 num illa

num illa sanè arte tibi esse utèdum statueres. Qui enim fieri potest, ut qui multos assequi una scribendi ratione uult: eius oratio non dissimilis, non impar, non sibi diuersa in constansq; sit, non inconcinna, non parum coherrens: dum huius lenitatem, illius uero ardorem, alterius ornatum, alterius negligentiam: quæ quidem interdum ut in muliere non fucata facies, sic in scribente gratior est: sexcenta præterea alia uaria, multumq; differentia scribendi genera qualitatesq; complectitur. Ac mihi quidem uetustissimi Poætæ finxisse Protea uidetur: cum illum modo aquam fieri, modo ignem, modo beluam dicerent: nuncq; tamen eodem aspectu plus unã formam præ se tulisse: non solum quia id posse fieri nõ existimabant, sed etiam propterea, quod quo pacto diuersæ facie res inter seq; uariæ apte coniungerentur, nõ uidebãt. Sed iam de tuis literis hæctenus, uel potius de ea tuarum literarum parte, ad quam quidem responde re me operæ precium duxi. Nã ad omnes neq; multum necessè fuit: & hæc ipsa satis multa esse possunt: præsertim tibi qui nõ modo ea, quæ scripta sunt, qualia sunt, rectè pspicies: sed illa etiam, quæ scribi in hanc sententiam possunt, ex ijs, quæ leges, per te ipse facile considerabis. Venio igitur ad illã partem sermonis nostri, in qua ea mea sententia fuit: ut dicerem, eos mihi uehementer probari, qui prosa oratione scripturi, Ciceronem sibi unũ ad imitandum proponerẽt: heroicis carminibus, Virgiliũ.

In quã

In quam omnino sententiam nō sanè ut primum eius-
 modi res tractare animo cœpimus, statim adducti su-
 mus: sed post multas cogitationes, ac per quosdam qua-
 si gradus ad eam accessimus: ut non temere illa inuenta
 finè progrediendi fecisse, atq; in ea quieuisse uideamur.
 Nam initio quidem illud mihi sæpe ueniebat in men-
 tem: ut in philosophiæ opinionibus atq; sententijs, sic
 in scriptorū generibus & stilo, nullis nos legibus subij-
 ci: nemini addici, atque astringi oportere, sed quod in
 quoque probaretur, id sequi. Quæ profecto sententia
 tuæ fuisse sententiæ similis atque cognata uidetur. De
 qua quidem me tentantem conātemq; eo in genere to-
 to multa, illæ tandem rationes depulerunt: quas superi-
 us, te ut etiam de tua deducerēt, si possent, collegi. Itaq;
 ea sententia deiectus ad illud me contuli: ut ducerem,
 æquius esse, & profecto conducibilius, nouam in-
 etamq; ab alijs rationem ac planè suam quenq; confice-
 re scribendi: idq; putarem omnes homines, nisi inuidi
 atque maleuoli essent, laudaturos. Quod cum placuis-
 set, uellem autem, quantū in eo possem, experiri: omnis
 nostra cogitatio, diligentia, studium, omnis deniq; no-
 ster labor irritus atq; nullus fuit. Nihil enim inueniebā,
 quod nō uel ab aliquo ueterū scriptorū stilo haustū ui-
 deri facile posset, uel omnino si id effugeram, tamē cū
 ad illorum scripta conferebatur, mihi non summopere
 displiceret. Quippe quod uenustatē sermonis, proprie-
 tatem,

tatem, maiestatem eorum sæculorum non redolebat: nullum antiquitatis uestigium, nullã notam referebat. Ad hanc frustrationem laboris nostris illa cogitatio accessit: quod animaduertebam eos, qui se neminẽ imitari profitebantur, partim scribendo parũ admodum profecisse: partim etiam suis cũ libris atq; scriptis planẽ inuisos & despectos iacere. Quamobrem ea etiam sentẽtia damnata aliam inire rationem statuimus: quæ quidem eiusmodi fuit. Volo autem singulos tibi animi mei motus consiliorumq; uarietates perscribere: ut si aliqua ex parte prodesse tibi error meus possit, ea ne celere. Nã quoniã ita natura comparatũ uidebam: ut quoties magnum aliquid atq; arduum moliri homines cuperent: eius si facinoris exemplum haberẽt aliorum, qui idem aliquando essent conati: ea re multum illis curæ ad id, quod aggredi statuisent, multum laboris, multum etiã ambiguitatis, multũ deniq; difficultatis demeretur: cogitare cœpi ijs in studijs, quibus semper dediti fuimus, optandũ esse: ut quem quisq; imitari posset, qui scribere aliquid cuperet, ne deesset. Itaq; siue ut in itinere conficiendo cum ducem nacti sumus, securiore animo uia ingredimur: sic in reliquis rebus alacriores ad illa sumus, quorum doctores & magistros habemus: siue etiam ad omnem excellentem laudis & gloriæ cupiditatem nulla re magis, q̃ aliorum æmulatione incitamur: mihi quoq; idem faciẽdum putauì, cum pœticis in studijs, tũ

dijs, tum in oratoria disciplina: quod permultos fecisse
intelligebam: ut in utraq; earum artium, & ducem quē
sequerer: & gloria illustrem, quem æmularer, eligerem:
mihicq; ipse quasi signum proponerem, ad quod quidē
conarus omnes nostri cogitationesq; dirigerentur. Id
cum deliberauissem: magna me hæsitatio tenuit: debe-
rem ne eos, qui mediocritem non excederēt: an illos po-
tius, qui essent omnium eminentissimi, statim initio ag-
gredi: quos omni studio colerem: ad quorumq; simili-
tudinem me quā diligētissime compararem. Nam
si animum ad summos adiecissem, illud uerebar: ne me
uel rei difficultas ab incepto deterreret: uel certe frange-
ret suscepti oneris magnitudo: cum me parum profice-
re optimorum scriptorum longēq; præstantissimorum
exemplis comparationēque cognoscerem. Sin autem
mediocribus me tradidissem: equidem sperabam fore:
ut cum ab illis, quantum uellem, profecissem, & facilius
mihi esset & planē tutius ad eos transitus, qui primi ha-
berentur. sed angebar animo: quod ut odore nouum
uas, sic quo primum rudimento stilus imbueretur, per-
magni interesse audiebam: mentem etiam & cogi-
tationem meam, multo libentius in summis excel-
lentibusque uiris fixam erectamque detinebam. Vi-
cit tamen, siue timor siue imbecillitas planē nostra uo-
luntatis propensionem: qua trahebar. Itaque dedidi
me ijs magistris instituendum: quorum scripta non
tam

tam laudarem, quod bona: quæ recipere, quod paratio
 ra optimis commodioraq; ad imitandum uiderentur.
 Eos igitur acerrimo studio, summâq; diligentia cū tam
 diu essem sectatus, quoad mihi uideret me eius, quod
 concupieram, magnam esse partem consequutum: ad
 illos me contuli, quos esse facile principes omnium ho-
 minum testimonio sentiebam: ut eos item sequerer, ani-
 mumq; meum atque mentem ad ipsorum rationes hau-
 riendas imbibendasq; traducerem. Id cum sedulo etiã
 atque etiam experirer: mea me delusum spe sanè atque
 deceptum cognoui. Non enim solum faciliorem mihi
 eorum imitationem aliorum scriptorum imitatione
 non esse factam: sed multo etiam difficiliorem, prædu-
 fosq; ad eam aditus potius quàm patefactos uidebã.
 Nam, quã mihi usui putabam fore insumptam in ex-
 primendis mediocribus operam, ea sanè impedimen-
 to fuit. Animus enim iam noster diligenti exercitatio-
 ne illorum scribēdi rationibus eruditus atque assuetus,
 eundem morem diu retinuit: à quo quoniam aberat is,
 quē de optimis hauriri oportebat: contra quàm existi-
 maueram fiebat: ut scilicet multo minus ad eos expri-
 mēdos essem idoneus, quæ si me nunquã mediocribus
 tradidissem. Quare multis me meis laboribus id unum
 esse assequutum cognoui: ut imitari summos incipere
 mihi certe ne tum quidem liceret propterea, quod ea di-
 diceram: animumque meum ijs quasi maculis infecerã,
 quibus

quibus residentibus perfectæ rationis ulla in eo depin-
 gi recte facies imaginis non posset. Deleri uero ea, quæ
 quis diuturno studio in animum induxit suum: non tam
 sæpe facile est, quam oportet. Sed nihil est profecto tam
 perdifficile tamque durum, quod non labore nostro pos-
 se uinci superarique uideatur: præsertim si in eo quan-
 tum facere & consequi possumus, contendamus. Itaque
 summa à nobis adhibita diligentia: è memoria tandem
 nostra deletis penitus istis, quæ alte tunc imitatione non
 optimorum infederant in ea rationibus, omne meum
 studium ad illos contuli, optimos atque summos quos
 dico. In quo quantum profecerim si me roges: sanè ni-
 hil tibi respondebo: præter hoc unum, mei me consilij
 non pœnitere: præsertim cum eorū scripta lego, qui aut
 nullum, aut omnes, aut non tantum optimos effingere
 præstareque uoluerunt. Sed non debetis tu quidem ab
 hac capeienda scribendi ratione absterreri: etiam si mi-
 nus tibi id, quod alijs persuadere cupimus, uidemur esse
 ipsi consequuti. Non enim quantum potuimus, in eo im-
 pendimus uel temporis uel laboris: quippe qui etiã uer-
 naculo sermone quædam conscripsimus, cum prosa ora-
 tione, tum metro planè ac uersu. Ad quæ quidem cōscri-
 benda eo maiore studio incubuimus, quod ita deprauata
 multa atque peruersa iam à plurimis ea in lingua
 tradebantur, obsoleto propè recto illo usu atque proprio
 scribendi: breui ut uideretur, nisi quis eam sustentauis-
 m set, eò

set, eò prolapsura ut diutissime sine honore, sine splendore, sine ullo cultu dignitateq; iaceret. Quare nõ oportebit te exemplũ à nostris scriptis capere: ut quantũ nos Latino sermone optimis imitandis æmulandisq; profecimus: tantundem putes alios, nec eo amplius iisdem artibus posse proficere: sed id potius cogitare: cum nos certe aliquid ea simus uia cõsequuti (si modo id aliquid est, quod à nobis cõfectum est) qui quidem tamẽ alias etiam scribendi uias ingressi sumus: illos, qui nihil agere, nihil conari aliud statuent, præter id unum: in eo plañe esse, quæcunque uolent, consequuturos. Habes omnem rationem consilij mei: quõque pacto in eam tandem sententiam, quæ tibi quoque uellem probari posset, uenerim: quàm perplexis cogitationibus, quibus mæandris, uides. In qua porrò adhuc eo libentius conquireko, quod alijs prius tentatis omnibus diligenter orationum uis, ea me tanquàm portus ex longo errore diu iactatum excepit. Hanc qui & initio ingredi poterunt, & ingressi nunquàm se ab ea deflecti sinent: quemadmodum illi, qui in cursu nihil offendunt, celerius curriculum conficiunt, q̃ qui lapsi aliquoties sunt: sic ipsi ad metã citius sine ulla offensione peruenient: quancũq; ijs metam suã siue ingenium, siue industria, siue omnino utrunq; statuerit: quod profecto etiam sub fortuna positum, atque casu interdum uidetur: ita multa in uita sæpe accidunt, quæ auocent ab in-

stituto

stituto animum, aliorumque, quam oportet ducant.
 Sed illud tenere omnes debent: & quantum in quoque
 est, niti atque perficere, qui aut oratoriam, aut Poeticam stu-
 dijs delectabuntur: ut cum Ciceronem, tum Vergilium
 semel complexi, nunquam dimittant: nunquam ullis alio-
 rum scriptorum illecebris ab eorum imitatione æmula-
 tionemque reuocentur. Qui si non ita omnibus artis atque
 ingenij luminibus abundarent: si non uniuersis scriben-
 di uirtutibus præditi cumulatimque conspicerentur: essent
 aut ipsi ceteris una tantum uirtute probatior: tamen
 eos nos unos sequi tantummodo imitarique dicerem
 oportere: propterea quod uicinius ad perfectam ratio-
 nem illis ducibus, quam ullis alijs progredi & contende-
 re possemus. Nunc uero cum nulla omnino uirtus, nul-
 lum scribendi lumen, nulla egregia indoles, nulla laus in
 ullo sit, quæ non in utroque eorum inesse, longe etiam
 præstantior atque absolutior reperiatur: multo id no-
 bis erit constantius, multo diligentius faciendum: ne si
 alios imitandos sumpserimus, uel prauis iudicij, uel im-
 becilli animi notam subeamus: cum aut in eligendo non
 prudentes, aut in aggrediendo timidi fuisse uideamur.
 Nam de Vergilio quidem nemo ambigit: omnes in
 uno illo omnium poetarum (de latinis loquor) inueniri
 posse uirtutes summa singularique dignitate, addunt etiam
 admirabiliores multo singulas & præstabiliores: ut si
 natura ipsa hominum rerumque omnium parës, ea loqui uer-

» sibus uoluisset, quæ ab ipso perscripta sunt: nec melius
 » affirmant, nec omnino aliter fuisse loquuturam. Cicero
 » nem quidam aiunt uerbosiores esse interdum, quàm
 » necesse sit: præsertim cum de rebus à sese gestis, de quibus Cō
 » sulatu illo suo mentionem facit: cæterum illum non mo
 » do omnium eloquentissimum fuisse, sed ab eo eloquē
 » tiam ipsam esse genitam atque natam putant. Ego ue
 » ro id neque uituperare audeo. potest enim illi concessis
 » se sæpe dignitas sua, aut inimicorum improbitas, aut
 » Reip. status aliquis, at alia omnino causa atque respe
 » ctus. Quare quæ aliquibus superuacua in legendo ui
 » dentur, ea in agendo necessaria fuisse à multis poterunt
 » existimari. Neque defendere magnopere laboro. Id em̄
 » si peccatum est, non stili culpa, sed animi uitio contra
 » ctum est: addo etiam, si uis, iudicij quadam peruersio
 » ne: dum quæ ab ipso prætereunda silentio fuerant, ea il
 » li digna uisa sunt, quæ recenserentur: stilius uero & scri
 » bendi ratio eandem illam egregiam prædaramque sem
 » per indolem retinet, eundem orationis splendorem ac
 » maiestatem præfert. Quamobrem non tam quidem ac
 » cusandus esse uidetur (si modo accusandus est) quod ea
 » sæpe cōmemoret, quæ à se reticere æquius fuit, quàm lau
 » dādus, quod ita semper loquatur, ut cōmemorari aper
 » tius non queant. Quid si n̄dem etiam parum constan
 » tem fuisse illum dixerint: aut omnino imbecilliores, quæ
 » uel ratio, uel eius dignitas postulabat: Num erit nobis
 » propterea

ppter ea ab imitatione repellendus: Mihi planè, si idè
 sentiã, q̄q̄ quid ego male mehercule sentiã de tanto ui
 ro: sed si ego quoq̄ idem sensero: mihi eius fortasse ui
 ta non usq̄ quaq̄ probabitur: orationis autè & stili ra
 tio nihil improbabitur, qui esse optimus in uita nō opti
 ma potest. tamen si id quidem etiam si orationis esse ui
 tium iudicetur: non ego huius imitationis, aut ita par
 tis extendo, præstãda ut uitia sint: nec solū ut in facie ne
 ui: sed ulcera etiam & cicatrices sint exprimendæ: quod
 qui faciunt, merito ab Horatio, eo què tu locum affers,
 irridentur: Aut modum præfinio sicut si quis tam præ
 stans ingenio est, tam industrius, tam etiam felix, ut an
 teire magistrū possit: tamen id fieri negem debere, cūq̄
 is illum cæteris in rebus æquauerit, si prudentiam adhi
 bere maiorem uolet, nō probem. Mihi quidem & Phi
 dias & Polydetus probantur: quorum alter Eladū scul
 pendis, alter Ageladem fingendis imaginibus, quos ha
 bebant magistros, superauerunt: Et Apelles, qui qui
 dem in picturæ artificio Pamphilum præceptorem suū
 longissimo interuallo post se reliquit. Itaq̄ ualde mihi
 illud exoptandum esse uidetur: ita animatum, ita insti
 tutum esse quempiam: spes ut illum sit omnium homi
 num eloquentissimum futurum: quod & si longe maius
 atq̄ prædarius est, q̄ quod temere sperandum esse ui
 deatur: nulla tamen naturæ lex, nulla præscriptio prohi
 bet, conspici unq̄ ne possit. Etenim quemadmodū Ci

cero inter Latinos extitit: nam de Græcis nihil loquor: qui unus omnes quicumq; ante illum boni scribēdi magistri fuerunt, excelleret: quod quidem magnum atque diuinum fuit: sic profecto alius existere aliquando poterit, à quo cum reliqui omnes, tum etiam ipse Cicero superetur. Id autem nullo modo accidere facilius potest, quàm si, quem anteire maxime cupimus, eum maxime imitemur. Absurdum est enim credere nos aliam inuenire uiam posse, quæ melior sit, quàm est illa uia: quã Cicero non tam quidem inuenit ipse, quàm ab alijs inuentam ampliolem, & illustriorem reddidit: præsertim, cum quo tempore id fieri necesse est, quantum ipsi planè possumus, nondum exploratum habeamus. Quod si quem maxime imitati fuerimus, etiam assequemur: tum adhibēda cura erit, ut illum anteire ualeamus. Sed omne nostrum studium, omnis labor, omnis nostra cogitatio in ijs assequēdis, quos imitamur, maxime omnium est infumenda. Non est enim tam arduum eos superare atq; uincere, quos assequutus sis, quàm assequi quos imitere. Quare hoc in genere toto Pice ea esse lex potest: Primum, ut qui sit omnium optimus, eum nobis imitandū proponamus: deinde sic imitemur, ut assequi contendamus: nostra demum cōtentio omnis id respiciat, ut quem assequuti fuerimus, etiam prætereamus. Itaq; duas illas in animis nostris egregias plurimarum, maximarumq; rerum cōfectrices æmulationē atq; spem

atq; spem habeamus. Sed æmulatio semper cum imita-
 tione coniuncta sit: spes uero ipsa nostra non tam qui-
 dem imitationē, q̄ successum imitationis subsequi re-
 ctissime potest. Ac Ciceronis quidē imitatio omnibus,
 qui pedestri oratione scribere aliquid uolent, opportu-
 na esse poterit: quacunq; illi de re atq; materia sit scribē-
 dum. Idē enim stilus aptari rebus innumerabilibus po-
 test. Nec audiendi sunt, qui existimant Plinianam de
 natura rerum historiā, Ciceroniano scribēdi modo atq;
 uia tam percommode explicari non potuisse, ut ab ipso
 est more illo suo explicata: quod oportuisset in infinitā
 magnitudinē opus excreuisse, si ad illas multiplices in-
 numerabilesq; res, de quibus erat scribendum, exuberā-
 tiam Cicero suā ornatūq; sermonis adiunxisset. Neq;
 enim in omnibus eius scriptis cum idem sit stilus, eadē
 tamen amplitudo inesse, idem uerborum apparatus cō-
 spicitur. Sed quædam uberiora sunt, & tanq̄ succi ple-
 na: quædam exilia & suo tantū robore nitentia, ut esse
 quasi sine cortice uideantur. Neq; si crescere eorū libro-
 rum magnitudo debuisset, non propterea fuissent ipsi
 nobis multo etiam gratiores: cum quanto plus ab eius
 calamo atramenti, tanto plus ab ingenio atq; artificio
 dignitatis & pulchritudinis hausissent. De Vergilio ue-
 ro nō idem possumus dicere, ut idoneus sit: quē, qui car-
 minibus delectant, imitari omnes queant. Neq; enim
 qui aut Elegos, aut Lyricos conficiunt uersus, qui que
 uel Co

uel Comœdiarum uel Tragœdiarum scribendarũ studio detinetur: horum ullos Vergiliana carminum structura, numerus, ratio ipsa multum iuuabit: Sed imitentur ij, quidem eos, quos habent principes, singulis in scriptorum generibus singulos, atque illis assequendis superandisq; sese dedant. Quod profecto nos aliquãdo fecimus: ut in Elegis pangedis, qui optimus eo in genere poëmaticis nobis uisus est, eum imitemur. Heroicis autem conscribendis carminibus qui se dederit: huic certe erit Vergilius ediscendus, ebibendus, & quã maxime fieri poterit exprimendus: quemadmodum coram tibi dixeram mihi uideri. Atque hãc quidem cum Vergilij, tum Ciceronis, tum aliorum excellētium in suo cuiusq; genere scriptorum expressionem non ita intelligi uolo, ut præter stilum & scribendi rationem (uti autem me iisdem sæpius uerbis non pœnitebit) nihil omnino à quoquã sumendum existimem. Nam & licuit id quidem certe omnibus: & semper licebit. Quis enim opus legitimum conficere potest ullum, qui nihil mutuetur: nihil à quoquãumat, quod scriptis inserat atque interspergat suis? Quis nõ aut sententias, aut similitudines, comparationesque, aut alias scribendi figuras atq; lumina: quis non aut locorum, aut tēporum descriptiones, aut ordinem aliquem ac seriem: quis nõ etiam aut belli, aut pacis, aut tempestatum, aut errorum, aut consiliorum, aut amorum, aut aliarum omnino rerũ exemplum aliquod

plum aliquod ab ijs capiat: quos multū perlegerit: quos diu in manibus habuerit: cum Latinis, tum Græcis, tum certe etiam uernaculis: ut sunt nonnulli excellentes in ea lingua uiri. Itaque liceat, quicumq; id facere uult, ut semper licuit: sumantq; ab alijs, qui scribunt, quod uidebitur. Sed parce id & pudenter faciant: nō sanè quia sumere etiam recte multa nequeamus: possumus enim, & multi magni atque clari uiri idem fecerunt: Sed propterea, quod præclarius est: illa omnia inuenire nos & quasi parere, quàm ab alijs inuenta mutuari. Maxime uero earum rerum ratio tum probabitur, laudabilisque est: si id perficimus: ut quæ mutuati sumus ipsi, ea splendiora illustrioraque nostris in scriptis, quàm in eius, à quo sumimus conspiciantur: ut non minor in exornando laus, q̄ inueniēdo fuisse uideatur. Neq; enim mihi placet Atilius, qui Sophodis Electram optime scriptam male transtulisse dicitur: Sed noster Maro, qui ab Hesiodi Georgicorum libris multa sumens, atque in suos transferens, ea omnia reddidit meliora. Quāquàm quidem eius generis ita multa Vergilianos omneis libros referferunt: ut appareat non tam illum, quod ex se promeret, desiderauisse: quàm quod anteiret, ex industria quæsiuisse: multoque plus in uictoria, gloriæ, quàm in inuentione posuisse uideatur. Qua te quidem de re omni eo monitum uolui: quod sunt quidam, qui non solum ea quæ ad stilum scriptionemque pertinent: sed

n illa

illa etiam, quæ dico, quæq; de genere alio sunt, cum
 sumuntur: uno imitationis nomine includant. Qui qui-
 dem mihi Ciceronem, eo quo supra commemorauimus lo-
 co, legisse parum uidentur: ubi ille, quid imitatio sit, de-
 » finit. Nam si ea profecto imitatio est: qua impellimur,
 » ut aliquorum similes in dicendo esse ualeamus: in imi-
 » tatione autem non stili modo, sed etiam materiæ, ordi-
 » nis, sententiarum, aliarumque planè rerum extra sti-
 » lum positarum ratio includitur: quid est, cur non ego
 Aeneæ, Ascanij, Didonis, tantum mutatis nominibus,
 Vergilij Aeneida mihi totam sumam: aut etiam ne mu-
 tatis quidem? sic enim illi fuero similior. Quare si no-
 lunt ij parum hærentia uideri dicere: aliud sumere, aliud
 esse existiment imitari: & cum Heroicorum Catulli uer-
 suum rationem imitatum fuisse Vergilium dixerint: si
 modo id uolent dicere: tum si eum affirmabunt cum ab
 illo, tum à cæteris uel Latinis, uel certe Græcis non poë-
 tis modo, sed etiam oratoribus ac philosophis multa
 sumpsisse: uerissime pronuntiabunt. Ac mihi quidem
 ipse interdum uideris, cum tuas literas lego, ita sensisse: ut
 utrum quis aliquem imitetur, an ab illo sumat, quod in
 sua scripta transferat: differre nihil duxeris: quod si est,
 equidem lætor unius tantummodo uerbi interpretatio-
 ne mutata: rerum non minimarum, neque sanè spernē-
 darum inter nos magna ex parte controuersiam posse
 finiri. Quid enim mihi esse aut propter nostram bene-
 uolentiam

uolentiam iucundius: aut propter aliorum existimatio-
 nē de tua doctrina laudabilius potest, quā nulla me
 in re, abs te magnopere dissentire: homine multarum
 maximarumque rerum disciplinis erudito, summo in-
 genio, summa integritate prædito: & in secunda fortu-
 na temperato, in aduersa erecto: atque in omni uita ma-
 gno ac probato uiro: cuius tam multi leguntur iam ha-
 bēturq; in manibus egregie perscripti libri: ut me nō so-
 lum opinione hominum facile uincere, sed etiam obrue-
 re scriptis possis. Sin uero aliter se res habet, tamen gau-
 deo nullas inter nos opinionum sententiarumque di-
 uersitates & contentiones esse tantas posse, tamque gra-
 uis: quas profecto uel mea summa in te obseruantia,
 uel tuus erga me amor non leuissime ferat: præsertim
 cum de amore librum conscribas: de quo qui cæteros
 doces, non uereor, ne illud non didiceris: Amandam es-
 se imprimis ueritatem: idque qui faciat, in eo neminem
 lædere: aut etiam qui se facere existimat, nam id quidē
 in multis credi quā sciri facilius potest. Quanquā
 non ego is sum, qui me falli non putem posse: præser-
 tim cum Aristoteleos tam multis in locis libros, atque
 uniuersam propè antiquorum philosophiam, abs te re-
 prehendi uideam. Fieri enim potest, ut quemadmodū
 ego recte me sentire existimo, qui tibi uideor à ueritate
 abesse longissime: ita tu recte sentias, cum mihi tamen

nideat secus. Neq; illud mihi assumo: ut his literis te atque ceteros, qui aliter sentiunt, ad meam opinionē atque sensum traducam. quid enim esset ineptius, quam cui aut Maro, aut Cicero diuina illa suorum scriptorū tot atque tantorum maiestate imitandos esse se non persuaserunt, id ei putare me una mea epistola persuasurum? Est tamen humani animi, & ut ego arbitror, non contemnendi: qua ipse uerisimilitudine dubijs in rebus cognitionēque dignissimis ducatur, quàm plurimos uelle certos facere: ut aut reprehensione aliorum se corrigere, aut comprobatione confirmare possit. Id me unū uoluisse, ut existimes, te etiam atque etiā rogo. Vale. Roma, Cal. Ianuarijs.

M. D. XIII.

IOANNES FRAN-

CISCVS PICVS MIRANDVLA

PETRO BEMBO, S. P. D.



ONERAM nescius Bembe,
 si quæ de imitatione conce-
 peram, ea ad te perscripsis-
 sem: fore, ut in irritatos cra-
 brones incurrerem: uerum
 hoc me consolabar, quod eo-
 rum aculeos plurimum ha-
 bere dulcedinis, & quidem
 suauissimæ, nō ignorabam:
 ut qui sedem haberent in aluearibus dulcissimarum
 apum: quæ tantum Arpinatis mellis ipso in ictu relin-
 quere solerent: ut sine Pæonijs herbis, sine ulla uulneris
 obligatiōe, ipsa per sese sanitas accederet. qua in re me
 nihil sanè fefellit opinio: tātum enim suauis acrimoniæ
 præferunt illi ipsi aculei, tantumq; me tua simul, & pu-
 pugit, & oblectauit oratio, ut iterū pungi cupiam, quo
 possim iterum oblectari. Sed quanquàm tu es in scribē-
 do multo accuratissimus: locus autem ad me impugnā-
 dum amplissimus præberi tibi uideretur: quæ tua tamē
 est modestia, quibusdam illum quasi punctis angustū
 reddidisti: nam & paucula quæpiā carpis, & multa præ-

n ; teris silentio:

teris silentio. Multum uero de tuo imitationis instituto & gnauiter & docte p̄scribis. Ego uero ad om̄ia ea respondebo: & nonnulla etiam si quando sese obtulerit occasio, quæ priori epistola mea contra imitationē minime attuleram, non grauabor afferre: quo minus me p̄cniteat aduersus morosos omnino, ne dicam scrupulosissimos imitatores, differuisse. Principio pugnare hæc mea in epistola, aut non cohærere sibi uideris existimasse, imitandos esse bonos omnis, & imitatores uituperandos. Putasti fortasse idem esse imitari simpliciter absolutèq; & bonos omneis imitari: quare cum alterū laudarem, damnarim alterū: haud recte à me factū censere queant probati rerum æstimatores. Sed nulla est rerum, nulla est pugna uerborum: neq; enim illa eadē, sed diuerſa sunt, & ab alterutris longe semota. quandoquidem cum omnes bonos dixi, & unum etiam quempiam proprie atq; signanter exclusi, quem quisquis demum ille fuerit qui duxerit omnino imitandum, & irridetur ab Horatio, & à Platone condemnatur. Cur igitur eos laudauerim, quos cōtempſit antiquitas? Atqui Maronem æmulatorem dixi, qua parte æmulatio præstat imitationi: tantum abest ut eum inter imitatores collocauerim, neq; opus fuit Bembe, ut affirmarem imitari non oportere: quando non usquequaque, nec unū quempiam, quod tute ipse arbitrabare: sed bonos omneis dixi nobis proponendos, ut imitemur eis uilicet

delicet in rebus in queis maxime illos excelluisse putabamus: nihilo tamen minus genium inuertendum non esse penitus admonebam, sed dirigendum esse filium orationis ad cognatam animi propensionem ideamque dicendi. laudauī sanè eos, qui ab unoquoque excerpant sibi id, in quo similes merito ut euadant, conari debeant. damnauī qui uniuscuiuspiam scriptoris neuos, cicatrices, uitia, excrementa effingere procurant: quæ ita in corporis oratione quantumuis eximia cernuntur, ac in humanis per sæpe corporibus. Potes igitur Bembe percipere me & dialecticæ regulæ illius non esse oblitum, repugnare sibi ipsi inter disputandum fas non esse: & frustra me ad Pauli Cortesij epistolam abs te fuisse relegatum. non propterea solum quod alia est inter te, & me, quàm inter illum & Politianum fuit controuersia, sed quoniam quæ Paulus conatus est, assequutum non magis illum uel aliud agens subiudicauī, quàm POLITIANVM Tullianam scribendi rationem indeptum fuisse. qua etiam in re tibi non assentior. quandoquidē potuisse illum existimo quemcunque uoluisset scriptorem effingere: eiusque rei aliquando præbuit indicia. Sed maluit ab eruditis haberi se hominem, quàm aut seruum pecus, aut simiam. Ac similitudo illa parentum quam nati referant, parum iuuat Cortesium, quāquàm iuuenem ingeniosum, & bene de literis merentē. extrinsecus illa tantūmodo cernit: nec omnes neuos. representat, nec

tat: nec capillorum aut unguium, quæ multi affectant
 contemnenda præsegmina. suntque multi qui dissimiles
 parentibus habentur: egregio tamen colore muniti &
 faciem & membra præferendo: si non similia, at notæ
 minime deterioris: iudicanturque sæpenumero non de-
 generes, sed longe præstantiores: ut mittam, quod hæc
 filiorum erga parentes imitatio, natura constat, non ar-
 te: ut potior sit illa simiæ comparatio, quàm nati: cū hic
 affectatis gesticulationibus patris uultum, aut corporis
 reliqui habitū referre nequaquam possit: illa quoquo mo-
 do uel de longinquo hominum: quorum è numero cū
 nequeas omni ex parte pulcherrimum quod effingas
 corpus inuenire: miror te pulcherrimum quod imiteris
 orationis corpus, uno in scriptore prorsus inuenisse.
 quod fieri nõ posse, tuo ex Cicerone rescire facile potui-
 sti. Adde quod sublunaria isthæc, ut etiam tibi antea
 planè testabar, non sunt omni ex parte beata: cum di-
 stribuat natura parens non uni tantum, sed multis sua
 munera, & suas unicuique rei propriasque uirtutes elargia-
 tur. ex quo fit ut pulcherrimum illud quod quaris ora-
 tionis artificium, ipsa in natura, inque animo potissimum
 tibi unde eius proxima origo in uerba & literas deriu-
 tum, sit indagandum: non autem una uniuscuiuspiam
 autoris in pagina, in omnibus potius, aut in plurimis
 omnium. quando uti in uniuerso hoc quod oculis cer-
 nimus animantium omnium habitatulo, uariæ sunt rerum
 efficiendarum

efficiendarum sparſæ uirtutes, nō coactæ unā in orā:ita
 nec uno in autore quaſi angulo quopiā hūanæ Reip:
 integra & perfectæ eſt norma loquendi cōſtituta. cuius
 quidem rei priori in epiſtola multis te admonitū uolui.
 Sed quoniam ſatis ea non fuiſſe deprehendi: quoniam
 iterum dubitas, & quid hæc ipſa ſit perfectæ in animo
 ſpecies ideæue dicendi, curioſe ſciſcitaris: haud equidem
 dubitabo ea de re plura diſſerere: & quanquā te ad
 Ciceronē relegare poſſum: nihilo tamen minus & quæ
 ipſe ſentiat, & quæ ipſe putem, ut omnis tandē à te ſcu-
 pulus extrudi poſſit, & tuas hac de re diſſolutas argu-
 mentationes agnoſcere queas, ſuſq; decq; narrare pro-
 nus aggrediar. Quid (ait Cicero) maius, quā cum tan-
 ta ſit inter oratores bonos diſſimilitudo, iudicare quæ
 ſit optima ſpecies & quaſi figura dicēdi: à bono ad opti-
 mum dijudicandum loquēdi difficultas innāſcitur. Di-
 ces fortāſſe Bembæ: quæſiuit illud ipſum Cicero: dein-
 de inuenit, & quæle nam eſſet expreſſit. At illum ipſum
 audi hæc uerba promentem: Atq; ego in ſummo orato-
 re fingēdo talem informabo, qualis fortāſſe nemo fuit: ^{cc}
 non enim quæro quis fuerit, ſed quid ſit illud quo nihil ^{cc}
 poſſit eſſe præſtantius. fingit igitur Cicero quælem nec ^{cc}
 uidit, nec nouit. At certe uidit in animo: quod enim ſin- ^{cc}
 gitur ad alicuius imaginis exemplar: ſi nulla extat ex-
 trinſecus imago, ad eam ipſam imaginem quam men-
 te gerit, quiquis ille fictor fuerit, id ipſum fabricari ne-
 ceſſe eſt.

cesse est. Arrige aures Bembe, & Ciceronis nō meis hau-
 ri uerbis, quid ipsa de Idea orationis decernendum sit.
 Ego, inquit, sic statuo: nihil esse in ullo genere tam pul-
 chrum, quo non pulchrius id sit, unde illud, ut ex ore ali-
 quo quasi & imago exprimatur: quod neq; oculis, neq;
 auribus, neq; ullo sensu percipi potest: cogitatione tan-
 tum & mente complectimur. Idem postea de Phidiae
 artificiosis imaginibus cum disseruisset: non ex animali
 exemplo, aut sculptis simulacris eas duxisse illum affir-
 mauit: sed in ipsius, inquit, mente insidebat species pul-
 chritudinis eximia quaedā: quā intuens, in eaq; defixus
 ad illius similitudinem artem manūq; dirigebat. Ut
 igitur in formis & picturis est aliquid perfectum & ex-
 cellens: cuius ad excogitatam speciem imitando referun-
 tur ea, quæ sub oculos ipsa non cadunt: sic perfectæ elo-
 quentiæ speciem non uidemus, effigiem auribus quæri-
 mus. Has rerum formas appellat Ideas ille non intelli-
 gendi solum, sed etiam dicendi grauiſſimus autor Pla-
 to: easq; gigni negat: & ait semper esse, ac ratione & in-
 telligentia contineri. Cætera nasci, fluere, occidere, labi,
 nec diutius esse uno eodem statu. qua de re magis mi-
 ror te ab ipso quem colis Cicerone, tātō opere descuiſſe:
 qui affirmes, te non tua ex mentis penu, sed ex ueterum
 libris traxisse, & multo annorum spatio, multis labori-
 bus, ac longo usu exercitationēque, & stili formam & di-
 ctandi simulacrum: nec ullum antea spectrum, nec ullā
 profus

prorsus imaginem bene dicendi tuo in animo conspe-
 xisse. Verum enimvero quando tu id fortasse nimia ex
 modestia & reris, & scribis: ut quod tibi ipsi egregie lo-
 quēdi munus acceptum referri debet, id antiquorū uir
 tutibus, quas æmulatus fueris, tribuatur: ducam te per
 lineas quasdam sine mæandris ullis, aut labyrinthis,
 quo ad te ipsum & ad tuas animi dotes facilius perue-
 nias: liceat enim mihi de te id, quod tibi de te ipsi non
 licet & loqui, & scribere. Tua illa Bembe commode
 apte Romanēque dicendi uirtus, nisi à te ipsa pende-
 ret, frustra Ciceronem legendo triuisses. quo pacto
 enim fieri queat non uideo: nisi nos ipsos ignoremus:
 ut Ciceronis cuiuspiam uni præ alijs scriptoribus placere
 possit oratio: qui eius ipsius orationis uel perfectam,
 uel inchoatam imaginem mente non gesserit: quan-
 do ea ipsa quispiam & ducitur, & quarit, & iudicat: si-
 mile enim simili (ut erat Democriti, nec sine ratione
 prouerbium) diuinitus copulatur. Sed quid loquar de
 Tulliana oratione? illa ipsa in uniuersum, qua de re
 tantopere loquitur Cicero, species Ideæue dicendi in-
 sidet animo: quæ nisi insedisset, quo pacto fuisset
 tanto studio à multis atque ab ipso etiam autore qua-
 sita. quod enim omnino ignoratur, quaeri omnino
 non potest. Itaque si norat eam Cicero: sanè aut ex
 se, aut aliunde illam nouisse dixeris. si aliunde, unde
 nam quaeso? ex aliorum libris? at fuisset inuenta.

ex aliorum animo: sed quo nam pacto animus animū diuersum potest intueri: nisi uerbis ueluti signis atq; indicibus, & quibusdam quasi speculis ad animalem reddendam imaginem natura fabricatis: quæ quidē imago quoniam diutius manere nequit, literarum notis tāq; uinculis continetur: eam Platonicī à primis illis Ideis fluere sanxerūt. sed ubi nam illæ Ideæ, & quo pacto inde manarent animales imāgines, inter eos non satis conuenit. degenerare quidem ipsas cum deorsum exciperentur, plurimorum consensu decretum est: adeo, ut rationum potius cum illaberentur in animos, q̄ Idearū appellatione dignas existimarēt: pro captu etiam & uaria excipientium animorum conditione diuersas, quam suō in fonte nullam uarietatem patiantur. atq; hinc potes animaduertere minus recte sese habere qd̄ scripsisti, Xenophontem, Demosthenem, Platonē, Ciceronem, alios in ipso mundi ac rerum omnium autore deo recte scribendi speciem cōtemplatos: cum enim inter sese diuersissimi & sint, & habeantur scriptores, aut exemplar diuersitatis, aut ipsos imitatores, uel omnes, uel plurimos, siue hebetudinis, siue inertiae damnaueris: ad eam uerius quā proprijs quisq; in animis habebat ab ortu naturæ insculptam, & tanq; inuistam imaginē respiciebant: quam & corporis temperamentum moderabatur, quod unusquisque obtinet ab alio diuersum. Illud tamen non ignorandum, subluere ipsa in mente perfectius.

perfectius quoddam simulacrum: quo congenita ipsa
& ex corporeis sensibus dissiultans dicendi propensio,
& augeri possit & perfici, atq; ad excogitatam speciem
imitando referri. qua ex re percipere facile poteris, cur
non unum aliquem censuerim scriptorem omnium ma-
ximum atq; summum, sed omnes bonos imitari oportere.
deest enim ille maximus, si perfecto illi quem gerimus
animo ipsum committas. dici enim non facile possit,
quantum is qui summus habebatur, ipsa collatione
decreseat. ex omnibus autem facilius multo perfectio
ipsa conflabitur. siquidem propriam unusquisq; bonorum,
& peculiarem orationis uirtutem sortitus non iniuria
existimatur: sic, ut animum etiam & corpus, à quo
illa ipsa pendet oratio: quæ sanè ab exemplo petenda
est: perfecto illo quidem, non uno aliquo chartis com-
mendato: magis autem ab omnibus bonis ea quam sæpe
diximus, & nunc ut eam ipsam inculcemus: uidetur
opus ratione, qua sparsæ scilicet sunt uirtutes ipsæ & dis-
seminatæ: adeo, ut unusquisque illorum proprium insi-
gne gerat, quod non sit ei commune cum cæteris. Tenenda
aut sunt sua cuiq; non uitiosa, sed tamē proprias: ita
em̄ censet Cicero: atq; id ipsum paulo post repetens,
expendere, inquit, oportebit quod quisque habeat sui,
eaque moderari, nec uelle experiri, quàm aliena deceant.
Id enim maxime quemq; decet, quod est cuiusq; suum
maxime. Sunt ne ista Bembe Tulliana uerba singula,

quæ subiecit: sicuti & alia ex alio eius autoris opere sum
 » pta, & sub oculos posita: Ergo sequi debemus pro-
 » prium animi instinctum, & inditam innatamque pro-
 » pensionem: deinde uarijs aliorum uirtutibus unum
 » quiddam quasi corpus coagmentare. sic pictor ille cele-
 bratus, populum se dixit habuisse magistrum. sic ille
 alius quinque non unam uirginis adhibuit ad simula-
 crum in Crotonis phano pingendum: quoniam uno in
 corpore non poterāt, quæ excellentem pulchritudinem
 omnino præsentarēt, reperiri. Praxiteles uero cum una
 ex Phryne renudatam, & ex mari surgentem Venerem
 effinxit: Cupidinem uero nullo ab animali exemplo,
 præterquàm ex affectibus, quibus intus afficiebatur, ex-
 pressit: satis dedit intelligi ex animo magis quàm ex af-
 formata quapiam & in materiã impressa imagine pos-
 se pulchritudinem effingi & manifestari: quando Cupi-
 dinem ipsum multo excellentissima pulchritudine præ-
 stitisse matri memoriæ proditum est. Ex animo itaque
 qui trahunt suo, & qui ex multis aliorum in eloquendo
 uirtutibus unum quasi corpus eloquentiæ conficiunt: ij
 optime dicuntur imitari: non furari, aut mendicare:
 quod ij præstant qui in concerpendis clausulis & hemi-
 » stichijs ueteris cuiuspiam autoris consenscunt: ij ipsi, si
 » forte eueniat, ut sine illo quem colunt, peregre profici-
 » scantur, aut casu quopiam impediãtur, quo minus eius
 » ipsius compotes sint, scribere illis nihilominus incum-
 bat: hærent

bat: hærent in uestigio: nec hîscere uerbum possunt. “
 At si nunquàm loquantur nisi ex commentario, aut
 nunquàm loquentur, aut parcius omnino quàm Laco-
 nes: deque aut nullis, aut paucissimis rebus fiet oratio.
 ergo uis orationis, quæ conciliatrix est humanæ societa- “
 tis, semper erit ex commētario petenda: O uanitatem “
 operosissimam, o seruitutem incomparabilem homi-
 num, instar auium caueis inclusarum: quæ uoces huma-
 nas & nullas nisi quibus identidem ferulæ etiam magi-
 sterio assueuerint, reddere nequeunt. Ac sanè Marci
 Tullij de imitatione definitio, quàm attulisti, nobis
 abunde suffragatur: tantum abest ut refragetur aut
 noceat: nam aliquorum similes esse oportere docuit,
 qui imitarentur, notæ alicuius: id autem est imitari uir-
 tutes, uitia relinquere: similis enim potest quispiam esse
 Ciceronis in facilitate, & perspicuitate, & maiestate: Cæ-
 saris in elegancia uerborum, & candore: Salustij in
 breuitate, & sententiarum grauitate: Columellæ in or- “
 namentis: Celsi in nitore: Plinij in lenitate. Idemque “
 poterit elumbe illud, & redundans, & Asianum, si “
 quod tamen est: at certe & antiqui & magni autores “
 ita sensere: in Cicerone damnatum effugere, eiusdem “
 autoris repetitiones nimias dedinare: cauere à siccitate “
 Cornelij, à nimijs Columellæ floribus, à neglectu “
 Cæsaris: ab obsoletis & Catonianis Salustij uerbis “
 abstinere. neque enim tua illa recipio, imitatores “
 cuiuspiam

cuiuspiã autoris totam eius stili faciem exprimere oportere: quod si nãui illã infuscarint, quid erit causãe ut nequeant lucem pro tenebris reponere? si etiam uulnera malas, aut nasum deformarint, frontem aut oculos tantum nequeam imitari? quasi aperta Lacenã, & operta Thespiã non potuerit Apelles dũtaxat exprimere? aut Lampetã supercilia tantũ? aut aliqua solum ex ijs, quãe apud Philoxenum laudauit Cyclops in Galatea? poterit inquãm id præstare is, qui ita erit animo affectus: ut quod est uniuscuiusq; optimum, & experiatur & agnoscat in sese: ut id tandem sequatur, & ab eo quod illi est aduersum, penitus abhorreat. neq; enim eum, qui huic obeũdo muneri sit aptus, uolo ut mētis emotã, ut obliuiosus, ut tardus sit: sed perspicaci ingenio, memoria tenaci, solertia præterea & industria non mediocri: neque etiã uolo, ut ex hoc & ex illo quicq; decerpatur: ut ex modis loquendi dissimilibus, ita orationem tanq; ex diuersis pannis centonem consuat: sed ut conflentur omnia: excq; ijs ipsis tua propria phrasis, quã nulla sit eorum: præclara illa tamen, & digna laude coalescat: atq; ita instar apum diuersis ex floribus non ipsos exprimes flores, sed dulcissimum illud aut Hymetium, aut Hybleũ mel coagmentatum. Atq; hæc quidem satis (ut puto) futura sunt pro refutandis ijs, quibus nostra de multorũ imitatione & idea animi propria reijciebas: respondi enim ad epicheremata omnia, quanquam singulis non eodem

eodem modo. Nunc, quod neminem unum quod tamen tu conducere existimas, imitari oporteat: & de tuo inter imitandū instituto uerba faciam. Imitari nos unū quempiam omnibus in rebus & modis scriptorem, nec debere, nec posse prioribus literis patefactum existimabam: atque ex ijs quæ hactenus disputauimus, opinor abunde confirmari potuisse: sed minute magis tractanda res est: & exemplis etiam, ut arbitror, munienda. Si nullum tuum iudicium Bembe in scribendo sequare: sed autoritati cuiuspiam auctoris omnibus in rebus pareas: quid tandem ex ipsa tua imitatione conficies? similis dices fiam. at quo nam pacto? imitabor inquires omnia quoad similis euasero. sed si prorsus eadē nō dixeris: & eodem modo, eisdem uerbis, figuris, liniamentis, numeris, dissimilis & eris & iudicabere. atque hac ratione imitator nō fueris. quoniam talis nisi à proposito recedas, esse nō potes, nisi similis euaseris. sin aut ea omnia præstiteris: similem tute ipsum fortasse factū arbitraberis: alij uel illum quem imitaris, non te qualē uis haberi, esse decernent, aut furem aut merum exscriptorem iudicabunt. An ignoras proditum memoriæ Criticū illum Aristophanem, consensu docti illius cœtus ad Philadelphi literarium certamen congregati, eū damnasse furti, qui materiam ex sese nō fabricasset orationis: hoc est, non propria esset usus inuentione? quid putas futurū fuisse si alicuius auctoris cæsa, & membra

p furto

furto sustulisset: tantum prisca illa ætas monebat studiosos literarum, ut homines tandem uellent se esse, non simias: quod subsequuta sæcula custodisse illud sit indicio: quod & Terentius à furis nomine maximopere abhorruit: & Manlius gloriatus est sese non furtum, sed opus æditurum: ut qui neminem unum sequeretur: quasi tacito doceret imitatores nimios à furibus nihil omnino differre. Dices non esse necessarium uti nos aliorum in uentione: ut similes habeamur his quos duximus imitandos: sed opus esse nostram, qualiscumque ea fuerit, ueterum nominibus, tropis, numeris, clausulis, periodis, tanquam proprium corpus panno peregrinisque coloribus circumuestiri. sed larum, & simulacra, & euanidam umbram potius quam homines dicentur his similes, quos cupiunt representare. Deerit enim uiuidum robur & spiritus. Atqui prioribus in literis ostendimus inuentionem, quae tanquam materia orationis & est, & habetur: & dispositionem, quae illi aptetur: & elocutionem, quae utrisque conueniat, sequi oportere. si secus fiat, risus non demiratio excitabitur: quemadmodum fieri quandoque assolet: cum pictores quidam postremi ordinis nec symmetriae ullius, nec colorum, nec umbrarum memores, extrema quaequam lineameta ducunt praecclaris pictoribus forte similia: actutumque autumant se illos probe fuisse imitatos: sed euenit ut suis quas pinxerint imaginibus postea nomen inscribant eius ipsius quod representare cupiebant animalis: alio-

qui quid

qui quidnā essent moliti haudquaquē internosceretur. quod si paulo etiam eruditiores fuerint: ni tamē ex animo id ipsum pmpserint simulacri, quale autor ille prompsit quem imitantur, neutiq; similes futuri sunt, etiam si omnem operam, curam, omnem deniq; diligētiam posuerint in imitando. Est id ipsum saepenumero uidere in curiosis imitatoribus: qui scribendo cum nequeant quē maxime uellent imitari: similes sese tamē haberi & cupiunt & dicūt: nō minus & amātes & admirantes suā quā suos Delphini filios. Ac memini olim me hospitio ad multos menses quendam excepisse uirum doctū alioqui, nec malorum ut uidebatur morum: sed tanta in effingendo Cicerone cura, ne insaniam dixerim, laborabat: ut semetipse dum quod uolebat omnino non posset assequi, penē cruciaret: quapropter saepe quæ cōposuerat dum recitaret, ut qui se filium esse non nosset, exclamabat identidem repetebatq;: Audite simiam Ciceronis. Fit etiam quandoque, ut uel unum tantum ex multis detur assequi: & id quod proprie maximēque imitandū esset peruertatur. quod olim à discipulo quodam Apellis factum me legisse memini. nam cum magistrum imitaretur in Helena pingenda, ac simulacrum gemmis, margaritis, auro, purpura referisset, Helena pulchritudinem sibi ipsi expressisse uidebatur: non ita tamen uisum Apelli, qui diuite cultu pulchritudinem imitatam admonuit. hoc ne aliud quā manū & colo-

res non conuenisse cum animo, cui iudicandæ pulchritu-
 dinis & arbitrium & potestas? An putas Bembe ullos
 nostri temporis Ciceroni fore in loquendo similes: nisi
 in intelligēdo etiā similes fuerint. Sanè Augustinus eos
 non probat, qui linguam Ciceronis tantum, non autē
 pectus admirantur: ut qui probe nouerit eruditam &
 ornatam linguam: nisi ab exculti pectoris imaginibus
 prodire potuisset. hoc quid est aliud quàm cum forma
 conuenire materiam, & elocutionem inuentioni, atque
 dispositioni ad unguem iungi, & tanquā (ita dixerim) fer-
 ruminari oportere? Sed finge quæso te materiam ean-
 dem, aut non dissimilem: finge etiam potiorem nobilio-
 remque inuenisse: putabis ne propterea posse te illā ipsam
 Tulliana elocutione pertractare? ubi enim eadem erūt
 periodi, cæsa, membra, pedes, & numeri apud illum sem-
 per uarij: quæ quidem uarietas indeprehensa est. Alij
 enim habentur in actionibus: nam illa omnino est po-
 pularis oratio. Alij in libris philosophiæ: quibus doctis
 scribebat. Alij in epistolis, atque ijdem etiā sapenume-
 ro diuersi: ut diuersi erāt & animi affectus, & res de qui-
 bus agebatur, & homines quibus sua sensa per literas si-
 gnificabat. Periodi cæsis, membriisque constituuntur.
 * hæc uero nominum uerborumque compositione, atque
 * conflatu constant. illa uero compositio atque commi-
 * stio tam est uaria quā sunt in oratione clausulæ: quas ma-
 gis ad numerum nosse non potes:

Quàm scire

quàm Scire quot Ionij ueniant ad littora fluctus:
 sola enim uerbi cuiuspiã trãspõsitione uariantur. Nec
 pedes & numeri statim sunt atque perpetui, eos ad auri-
 um iudicium: quod est quidem longe diuersissimũ, Ci-
 cero delegauit, quare non semper ab exemplari: quasi à
 prætoris edicto: aut à duodecim tabulis petendi sunt,
 sed ex animi auriumq; sententia. Neq; enim audien-
 di qui etiam à bonis iudicijs explosi, existimant sese Ci-
 ceronis imitatores esse: modo duo nomina uel ad sum-
 mum tria in calce periodi scrupulose etiã obseruarint;
 ut illud, esse uideretur, quoad nũeros sæpe repetierint:
 & tui & mei loca quãtũ spectat ad elegantia diuissime
 pensitarint quasi hæc ipsa etiã quãdoq; ille nõ uariaue-
 rit: diuersis & pedibus & nũeris & lineamētis usus. Atq;
 gratis etiã tibi p uetere nostra amicitia cõcedo: ut istius
 modi sandalia, de quibus priore epistola fecimus men-
 tionẽ, è Romanis ruinis tibi ascueris: ut in uestigijs Ci-
 ceronis inoffense possis ambulare: do etiam ut tuis pe-
 dibus instar Sicyonei calcei eleganter aptentur. Ad re-
 liqua corporis membra cum perueneris quid fiet: neq;
 enim ex sandalijs homines uestiũtur. Amictus alij asc-
 scendi sunt: sed quoniam eorum nomina uerius quàm
 rem tenemus: & figuræ magna ex parte nobis comper-
 tæ non sunt: periculum erit opinor: ne paludamentum
 pro toga: ne lacernã pro abolla, ne tunicam etiam pro
 chlamyde capias: tanta est antiquarum uestium no-

Esse uidet
 retur,
 tui.
 mei.

» stris temporibus ignoratio: puto etiam quandoque de
 » ligi incōsulto posse pro sago masturcā & sarrabaram.
 sed eò etiā procede: ut imagineris Apellem te: aut Zeu/
 sim: Phidiam etiam & Praxitelem & Lysippum & Pyr
 gotelem excitasse ab inferis: ut tibi non uestes: sed cor
 pus Ciceronis repræsentent. ubi em̄ magni illi artifices
 tibi uel penicillo, uel cælo, uel arte fuforia imaginē eius
 ipsius, sub oculos posuerint: suo ipsorū erunt officio per
 functi. pictus tamen ille uel marmoreus: uel æreus Cice
 ro fuerit: non carneus, do etiā aliquid plus: carnem quæ
 Ciceronis fuerat assequantur imitando: at animum: at
 » spiritum: quibus illa ipsa caro informabatur. num igit̄
 » uerus ille solum habendus Cicero: qui scilicet formā ora
 » tionis concipiebat animo: & uiuidum robur adiciebat:
 » & gratiam: mox huiuscemodi omnes promebat animi
 » motus interprete lingua? Oportet itaq; gerere animo
 conceptus Ciceronis: esse præterea instructos rerū mul
 tarum: & magnarum doctrina & experimentis eos: qui
 se existimant uiuam linguam Ciceronis, esse consequu
 tos: ne si Tulliano careat spiritu eos Cato nuncupet
 Mortuaria glossaria. Dices fortasse te uerba primū ob
 seruaturum: inde numeros & lineamenta structurāq;
 omnem: nihilq; prorsus afferre quod non sit etiam al
 latum à Cicerone: nec alijs omnino loqui de rebus uel
 le: quàm de ijs de quibus ipse disseruit. hoc furari erit
 Bembe: non imitari. Hoc Aristophanes ille non fer
 ret: tan

ret: tantum abest ut probaret: quando etiam ut pe-
 na afficeretur censuit: qui quæ alij dixissent suis in luctu-
 brationibus ipse retulerit: idque eius iudicium totius pe-
 nè Græciæ: quæ tum maxime literis florere credebatur:
 consensu publico est approbatum. Venio ad imitandi
 rationem, qua te ipsi tibi proposui. se dicis Ciceronem
 prosa oratione, uersu Vergilium: & quàm tibi dedisce-
 re & aboleri ex animo phrasim perdifficile fuerit: quam
 ex fontibus autorum secūdi ordinis imbiberas: ut quæ
 impedimento esset hauriendæ celebratissimorum au-
 torum elocutioni: nequaquàm enim tibi rem futuram
 cum his, qui se neminem imitari profiterentur: quo-
 niam scribendo parum admodum profecisse tibi ui-
 derentur: & cum suis libris atque scriptis planè inuisos,
 ac despectos iacere. Ego quidem ni te uiderem Bem-
 be tam Ciceroni addictum quàm qui maxime: & in
 eius non solum uerba (quod dici assolet) iurare: sed
 apices etiam literarum: & puncta: quibus interstin-
 guitur lectio: tanquàm in arcanis custodire: conarer
 in id: uti docerem fieri non posse: ut sis omnino simi-
 lis Ciceroni. hoc enim aperit ratio naturæ: quam ars
 imitatur: quæ eadem omnino esse non potest ubi est
 naturæ ipsius in temperamento diuersitas. Hoc di-
 ctat idea siue species ipsa dicendi: quæ ita sese habet:
 ut numerus autore Aristotele, qui uel additione uel
 detractioe unitatis tam uariat: ut sine ulla auto-

- ritate quilibet etiam è medio possit uidere idipsum
 esse πᾶν ἀληθές. Quod si dixeris te ex imitatione si
 non similem,propinquum tamen aliqua ex parte fie-
 ri. ipse quidem tibi ut gratulabor, quod imitando pro-
 feceris: atque inter imitatores quando ita uoluisti egre-
 gium tibi locum uendicaueris: ita tamen non assentiar
 solum Ciceronē quāquā eximius ille, & extra omnē
 aleam haberi prosa oratione, sic numeris omnibus con-
 fūmatum, ut despectis cæteris is nobis omnino sit pro-
 ponēdus: in quem nostra studia & cogitationes diriga-
 mus: seligenda potius ea in quibus eminent: & ascendi
 cæteri sunt: qui quanquā aliqua re inferiores: præsta-
 re tamen alijs in rebus existimentur: quod non solum
 ijs quibus usi sumus rationibus tueri possumus: sed ex
 emplo ueterum omnium boni nominis scriptorū: qui
 non illum unum: sed multos potius imitati sunt: & se
 ipsos in primis secuti: hoc est propriā animi Ideam pro-
 pensionemq; dicēdi: qua de re priori in epistola longo
 quodam discursu fecimus mentionem: quorum exem-
 plū sequuti sunt nostra tempestate plurimi, inter quos
 HERMOLAVS BARBARVS ciuis tuus: IOANNES
 PICVS patruus meus, ANGELVS POLITIANVS: &
 qui ijs atate anteibat THEODORVS Thessalonicēsis.
 magnos hosce uiros fuisse nec tu negaueris, nec ullus ar-
 bitror, qui inter uiros bonos & de literis bene audien-
 tes locum obtinuerit. eorum ne aliquis te quæso
 Bembe

Bembe Ciceronē est imitatus figura dicendi? De HERMOLAO id afferre non potes, qui sese totū Plinijs ad-
 dixit, THEODORI sectator, q̄ in transferēdis Aristote-
 le & Theophrasto, Plinij, Celsi, Columellæ delectatus
 est caractere: eis autoribus quos interpretabatur con-
 sentaneo. Verbis sanè quibusdam Ciceronis utitur, at
 non phrasi: alioqui satis ei non fuisset quantum char-
 tarum, aut in Piceno, aut in ripis Bænaci decennio con-
 ficitur: & si quando aut epistolas scribit, aut in uerten-
 dis autoribus Græcis, & Latio inferendis procemiat,
 dici iure non potest Ciceronis asseda. Patruī stilus (ut
 de incomparabili ingenio & doctrina sileam) Ciceroni
 magis accedit quàm Plinio, sed proprium quiddam &
 peculiare præfert. POLITIANVS uariius in dicendo,
 ut qui diuersos quandoque uoluerit effingere, crebræ
 tamen in eo acutæq̄ sententiæ: multaque lectione & eru-
 ditione non uulgari sua referit opera. Si hos Bembe
 nullum antiquitatis uestigium redolere putas: si inui-
 sos & despectos iacere: quoniam uel omnes, uel eo-
 rum aliqui se neminem imitari forte profiterentur: ti-
 bi non subirasca quidem: monebo tamen ut dicas me-
 liora. uiuunt enim in memoria hominū, uicturiq̄ sunt,
 & forte magis quo magis hominum studia processer-
 rint: neque enim reiſcio Pindaricum illud, ἀμέγας δ' ἐπι-
 λοίητοι μάρτυρες σοφώτατοι. De me uero illud tantum
 afferam, bene mecum actum putaturū fuisse, si ualuis-
 sem Ci

sem Ciceronem effingere tantisper dum posset dici: uide quàm belle is egerit, qui in imitatoribus arcendis ipse egregius imitator esse uideatur: magnopere tamen lætitia non exultassem. illam potius imitationem maximi facerem, de qua Paulus loquitur apostolus. nam quanquàm recte loqui prædareque differere dei donum esse non ambigo: quatenus elegans dicendum munus in bonis ducitur: si rerum tamè honestarum, & quæ ad felicitatem conducant pondus non subsit: erunt ne aliud uerba Ciceronis, quàm

» Inanes sine mente soni, nugæque canoræ?

» Propterea censui me meis in scriptis, ut in omni uita, res magis quàm uerba præstare oportere: maiorem remque omnino uim impendere in dirigendis ad normam ueræ religionis animi affectibus, quàm in oratione ad Ciceronis amussim lineanda: & illo esse uideretur sine terminanda. Atque hæcenus de nostra contro-

Esse uide-
retur, Cice-
roniana
clausula.

uerfia: quam augere potius uiderer potuisse quàm minueri: si quæ à Græcis rhetoribus quibusdã & nonnullis Latinis afferunt, euentilasset: sed nostra quàm aliena ad præsens attulisse forte præstiterit. Tu autem amice potius quàm eleganter scriptam epistolam cõtemplatus, cui nec iustum triduum impendi, boni consulas quæso: neque enim egi, ut qui quartanam laudant, aut qui scribunt encomia Therisitæ, & Bombylos panegyricis prosequuntur. scilicet putasne tempus mihi superesse ad ex-

ercendum

ercendum ingenium: quod uix possum tueri, ne tot mo-
lestiarū, quibus premor, molibus planè succumbat: pu-
tasq; præterea me non ex animo locutum, sed ad osten-
tationem potius: ut qui nolim alijs conuenire. uera lo-
quor: aut si decipior: falsa tamen me scribere non putaf-
se existimes, uelim: & libertate potius ingenij ductū q̄
seruitute. illa enim ipsa libertate fretus: philosophorum
etiam qui maximi fuerunt nostra ætate, non proba-
re doctrinam sæpenumero soleo: ut qui religio-
nis nostræ res tam ratas certasque habe-
am, ut nihil certius existimem: homi-
num uero sensibus propriâque in-
dustria nitentiū doctrinas &
placita tam probem, quàm
sele mihi aut uera offe-
runt, aut ueri omni-
no similia.

Vale.

BASILEAE APVD IO. FROBENIVM

MENSE MAIO, ANNO

M. D. XVIII.

A 22m 273q

Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις.


Prudens simplicitas amoris recti.





Ἐκείνοι ὡς οἱ ὄφεις φρόνιμοι γίνεσθε.


Ἐκείνοι ὡς οἱ περὶ σέρας.

IN INCLYTA GERMANIAE BASILEA.
M. D. XVIII.









620-1.

